

38

1650

42
14
18

I. N. J.
DISPUTATIO JURIDICA

De
ACTIONIBUS

Quam
Permissu & consensu Magnifici & Nobilis-
simi Ictorum Ordinis

sub Præsidio

DN. SAMUELIS Ritter /

Hall. Sax. J. U. L. Curia Electoralis designati

Advocati Ordinarij,


Defendere conabitur,

JOHANNES MATHESJ,

Thorunensis,

Ad diem Martij

loco consueto.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typog.

ANNO MDC L.

us



SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DN. JOHANNIS-GEORGII,
ELECTORIS SAXONIÆ, &c.

CONSILIARIIS
INTIMIS

VIRIS

ADMODUM REVERENDA DIGNITATE, GENEROSA
ET MAXIME STRENUA NOBILITATE, MA-
GNIFICENTIA, AMPLITUDINE ATQUE
CONSILIIS EMINENTISSIMIS.

DOMINIS MEIS MAGNIS

ET

PATRONIS SVBMISSE VENERANDIS

EXERCITIUM HOC

HUMILITER OFFERT

Samuel Rices / L.



I. N. J.

Juris nostri studium duabus absolvitur partibus, cognitione juris exacta, & deinceps hujus juris obtinendi ratione, *Donell. lib. 2. comm. Jur. Civ. c. 2. ibiq; Hillig. suis not. Kremb. ad rub. J. de act. n. 1.* Cognitione quidem, ut addiscamus quid juris nobis in personam partim nostram, partim alienam tribuatur; & deinceps in rebus, quatenus scilicet: illud attestante *JCro in l. ult. ff. de leg. aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo consistit.* Obtinendi autem illius juris nostri ratio in judicijs, & recta ejusdem persecutione, quae per actiones earumque cognitionem expeditur occupata est; de quibus ipsis actionibus, disputationem hanc conscripsimus. Cum autem vino vendibili suspensam hederam opus non sit, ideo operae pretium minimè facturos esse putamus, si prolixè nimis in laudem hujus nobilissimae materiae inquiramus, quin potius rem ipsam aggredimur;

Thesis I.

Actio (a) est jus (b) persequendi (c) in judicio (d) quod sibi debetur. (e)

(a) Actionis vocabulum multifariam in jure nostro accipitur, I. in sensu generaliore & minus propriè pro omnibus omnino actionibus, tam Realibus quam Personalibus, tam Directis quam utilibus, tam Civilibus quam Criminalibus, atque adeo quibusvis Persecutionibus ac Indertictis, caeterisque remedijs quae actionum vices obeunt, earumque loco proponuntur. *Text. in l. 37. ff. de obl. & act. l. 34. l. 178. §. 2. ibiq; Gædd. ff. de V. S. Borcholt. in tr. de obl. & act. part. 2. c. 1. n. 2. & seq. Kremb. d. l. n. 11. Schneid. pr. tit. 7. de act. Harpr. ibid. n. 4.* Deinde in sensu specialiore & propriè pro actionibus Personalibus & Realibus tantum. *text. in l. 25. ff. de obl. & act. Kremb. & Harpr. d. l.* Tertio in sensu specialissimo & angustissimè pro actionibus Personalibus

A

libus

libus tantum. *d. l. 178. §. 2.* quæ alio nomine conditiones appellatur. *§. 15. §. de act. ibiq. Dd. comm.* Nos in generali actionum materia, generalem significationem retinebimus, quam etiam tradita ab Imperatore definitio satis ostendit atq; commendat. Duæ hic ab Interpp. ventilari solent controversiæ. Prima, Num quid Causa & Actio sint unum & idem? Negativæ adstipulamur. Actio quippè est forma qua persequimur, Causa vero propter quam persequimur. *facit text. in l. 14. §. 2. ff. de except. rei judic. ubi actio à causâ expressè separatur. Harpr. d. l. n. 5. Bachov. in tract. de act. disp. 1. tb. 25. Færst. de act. disp. 1. tb. 1. lit. A.* Secunda. An officium judicis & actio sint unum idemq;? quod itidem negamus. *vid. Færst. d. l. Harpr. d. l. n. 6. (b)* Vocabulum juris hic cum *Gomes. §. hic n. 12. & 26. Mynsing. n. 7. Donell: n. 5. & lib. 19. comm. de jure Civ. c. 1. Borcholt in tr. de act. d. l. Arum. exercit. 18. tb. 1. Harpr. pr. tit. §. de act. n. 11 & seq.* non accipimus pro facultate, sed pro formulâ agendi à Prætorè præscriptâ. Cum enim in *pr. §. de act.* tractet, uti tertium objectum juris, & à reliquis duobus distinctum constituent: Ergo quoq; proculdubio vocabulum juris in tali significatione erit exaudiendum, quod neq; possit ad jus personarum, neq; ad jus rerum, sed unicè actionum, seu respectum forensem referri. *Wesemb: Hottom. Vult: Færst: §. hic. pulchrè Dn. Franzk. exerc. 13. §. 2. (c)* Donec scil. revera assequamur quod cupimus. *Færst. d. l. lit. C. Harpr. d. l. n. 31. & seqq. (d)* Rectè dicitur in judicio, non enim est singulis permittendum, quod per Magistratum fieri potest. *l. 176. ff. de R. §. l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. unde vi. Donell. l. 17. comm. c. 1. Coler. in tract. de proces. exec. n. 10. & seq.* Nisi furem nocturnum *l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil: vel latronem & militem deserentem militiam & ad hostes se transferentem. l. 1. & 2. C. quando lic. sine jud. se vind.* aut debitorem fugitivum apprehendere quis velit. In quo tamen multa ut concurrant necesse est, *Schneid. d. l. n. 16. Donell: lib. 17. comm. c. 2. Færst. d. l. lit. D. Harpr. d. l. n. 36. & seqq. (e)* Hiscè verbis officium & causa actionis indicatur. Ob nullum enim aliud introducta est, quàm ut jus suum unicuiq; tribuat, quoniam Actio justitiæ executio est. *Mynsing. d. l. n. 16 Harpr. d. l. n. 43.* Vocabulum autem hoc

hoc debendi ad actiones non minus Reales quam Personales re-
erimus. *arg. l. 178. §. 3. J. de V S. Gædd. ad l. 12. pr. ff. de V S. Færst.*
d. l. lit. E. Bachov. in tr. de act. disp. 1. tb. 46. Borcholt. in tr. de act.
c. 1. n. 13. Mar. Lyclama lib. 4. membr. eclog. 6. & 7. Dn. Ungebawer
exerc. 14. q. 2. & Dd. ad pr. J. de act. ferè communiter.

Thesis II.

Causa efficiens actionum est jus & Gentium (a) &
Civile (b)

(a) Ratione originis. *l. 5. ff. de J. & J. §. 2. in fin. J. de jure N.*
G. & C. l. 1. §. ult. ff. de contr. empt. l. 1. ff. locat. l. 25. ff. de act. rer.
amot. l. 22. §. 5. ff. mandat. Alias enim sequeretur, Gentium
contractus inanes fuisse prorsus, si actionibus fuerint destituti.
Treutl. vol. 2. disp. 26. tb. 1. lit. A. ibiq; Bachov. Arum. exerc. 18. tb.
2. Borch. tract. de act. c. 1. n. 14. Harpr. pr. tit. J. de act. n. 17. &
seqq. (b) Ratione approbationis. l. 2. §. 6. ff. de O. J. cum similibus
text. quædam tamen & ratione originis juris Civilis sunt. §. 2. 4.
de J. N. G. & C.

Thesis III.

Cum autem jus Civile duplex sit, aliud Civile spe-
ciale aliud Prætorium (a) hinc prima actionum oritur
divisio in Civiles scil (b) & Prætorias (c) hæ utraq; sunt
vel Directæ (d) vel Utiles (e)

(a) *l. 7. l. 8. ff. de J. & J. (b) Hæ alio nomine & legitimæ di-*
cuntur, quod scil; ex l. 12. tab. vel à populo, vel à senatu, vel à
Principe ortum traxerint. l. 6. ff. de pact. l. 25. §. fin. ff. de act. &
obl. l. 14. §. fin. ff. de præser. verò. Kremb. tit. J. de act. §. 3. n. 3.
Færst. de act. Disp. 1. tb. 2. lit C. Actiones à Principibus, Ducibus,
& Marchionibus introductæ, num quid Civilibus an Prætorijs
annumerandæ sint actionibus disquiritur? Et civiles esse verior
obtinuit sententia. Inter omnes quippè constat, jus illud quod
quisquè populus sibi constituit proprium istius civitatis esse, &
jus civile vocari, tanquam jus proprium istius civitatis. l. 9. ff. de
J. & J. §. 1. J. de jure N. G. & C. nullum igitur dubium, quin &
actiones ex ijs promanantes civiles sint. Qualis enim causa ta-
lis effectus. Facit insuper, quod Principes nostri in suis Duca-

tibus & territorijs jura Imperatoris habeant. *Pruckman. in rub. qua sunt regalia. n. 26. & seq.* & perpetuam non temporalem juris dictionem exercent. *Wesenb ff. de ll. n. 3. Hillig. ad Donell: lib. 17. comm. c. 9. lit. A. Færst. d. l. Kremb. d. l. n. 9. & seqq. (c)* Hæ alio nomine & honorariæ audiunt. *l. 25. in fin. de obl. & act. & dantur de ficientibus Civilibus actionibus l. 1. §. 1. ff. de Public. in rem act. sub his Ædiliciæ etiam continentur. §. 7. J. de jure N. G. & C. §. 3. J. si quadr. paup. fec. dic. non equidem quod revera sint prætoriarum sed quod prætoriarum nomine contineantur l. 5. ff. de V. O. §. 2. J. de divis. stip. Færst. d. l. lit. D. Kremb. d. l. n. 5. Cujac. lib. 8. obj. 38. Gæd. de contr. stip. c. 5. concl. 16. (d)* Directa competere dicitur, cum ea facti species se offert; de quâ nominatim lex scripta est, aut actionis certa posita formula. *l. 18. C. de legat. Kremb. §. 1. J. de act. n. 62.* Directa Civilis probatur *l. 18. ff. ad L. Aquil. l. 11. ff. de præscript. verb. l. 25. §. 1. ff. de lib. & posthum. hered. instit. l. 27. ff. de negot. gesto* Directa Prætoria licet à quibusdam negetur, attamen cum *Færstero d. l. lit.* Et eandem revera dari magis placet. Omni enim caret dubio Prætorias quoque actiones ex directo consilio & evidenti Prætoris voluntate fuisse introductas; facit insuper quod quædam Prætoriarum actiones dicantur Utiles, ergo Directæ quoque sunt omnino necesse est. Sic utilis Serviana ad exemplum directæ Servianæ introducta videtur. *l. 1. C. de precar. §. 7. J. de act.* Sic utilis Publiciana legitur *in l. 70 ff. de rei vind.* sic & Institoria utilis, ad exemplum Institoriarum introducta reperitur, *in l. 16. in fin. l. 19. in pr. ff. de Instit. act. l. penult. & ult. C. eod. Færst. d. l. (e)* Utilis actio dicitur, ubi lex de re controversâ expresse scripta non exstat, & ita nulla ejus rei nomine specialiter prodita est actio, quæ tamen æquitate aliquâ, ut utilitate communi svadente, datur. *l. 21. ff. de præscr. verb. l. 17. C. negot. gesto.* quasi utilitatis communis causa & intuitu: *l. 5. §. 90 ff. de const. pecun. ob æquitatis rationem. l. 20. ff. de tutel. & ration. distrab. benignâ quadam juris interpretatione. l. 3. C. de donat. que sub mod. adversus strictam juris rationem introducta. l. penult. ff. si quadr. paup. fec. dic. l. 11. ff. de præscr. verb. pulchrè Kremb. d. l. n. 63.* Hinc planum evadit, quale de sententiâ eorum, qui Directam ex verbis legis, Utilem autem ex mente ejusdem

dem dare autumant, ferendum sit iudicium. Cum mens legis
& verba legis idem omnino sint. *l. 17. l. 29. ff. de ll. Duar. c. 7. de
obl. & act. Forst. d. l. lit. F. Kremb. d. l.* Utilis Civilis probatur
egregiè in *§. fin. J. de L. Aquil.* Utilis Prætoriam modo probata
satis fuit. Hiscè adjacent actiones in factum. *d. §. ult. J. de L. A-
quil. Kremb. d. l. n. 65.*

Theſis IV.

Alterâ actionum tam Civilium quam Prætoriarum
diviſio, à materiâ deſumpta eſt, quod aliæ ſint Per-
ſonales (a) vel Reales, (b) mixtas non agnoſcimus. (c)

(a) Actio Perſonalis eſt, quâ quis experitur cum eo quem
ſibi obligatum habet ex contractu vel quaſi, ex delicto vel quaſi,
ad hoc, ut det aliquid vel faciat. *§. 1. J. de act. l. 25. in pr. ff. de obl.
& act.* Notandum hic, quod in actione Perſonali ſatis ſit expri-
mi cauſam remotam, veluti contractum aut delictum, ex quâ
intelligitur propinqua: quod ſecus eſt in Reali ubi propinqua
ſcil: Dominium, vel quaſi exprimenda eſt. *Gail. lib. 1. obſ. 61. Zan-
ger. tr. de except. part. 2. c. 14. n. 15. & ſeqq. Schneid. §. 1. J. de act.
n. 18.* quamvis ſatius ſit ut etiam cauſam remotam alleget actor,
ſcil: ut dicat illam rem ad ſe ſpectare jure domini, quia ſit ei do-
nata. Si enim hæc in parte ſuccumbat, poterit eandem ex aliâ
petere, non obſtante rei judicatæ exceptione. *l. 11. §. 2. l. 14. §. 2.
ff. de except. rei judic. Kremb. ad §. 1. J. de act. n. 5.* Certum ex-
ploratumq; eſt, actiones ex contractu heredibus & in heredes
competere. *l. 12. l. 49. ff. de obl. & act. l. 9. ff. de probat.* Si verò
ex delicto oriuntur, in id ſaltem quod ad eos pervenit. *l. 5. ff. de
calumn. l. un. C. ex delict. defunct. in quant. hered. Kremb. d. l. n. 11.
& 12.* Quæri hic conſuevit, num quid, ſi factum verſetur in ob-
ligatione, an hoc à reo præciſè implendum, an verò præſtando
quod intereſt liberetur? Et poſterius, ut & juris textibus, & æ-
quitati conveniens, magis obtinuit. *l. 72. l. 87. l. 114. ff. de V. O.
Doncl. ad l. 72. ff. de V. O. Coler: tr. de proces. exec. part. 3. c. 1. n. 44.
Gædd. tr. de contrab. vel commit. ſtip. c. 9. concl. 4.* (b) Actio Realis eſt
quâ quis petit ab alio poſſeſſore, quod ſuum eſt, licet ille ei nul-
lo jure ſit obligatus. *d. §. 1. d. l. 28.* In hæc actione conſideratur

Dominiū & jus in Rem. Ut enim actionis Personalis causa est obligatio; ita actionis Realis causa maximè Dominiū est vel jus in rem, ut est servitus ususfructus, &c. *Harpr. §. 1. J. de act. n. 6.* Causa illa duplex est à parte Actoris scil: Dominiū, à parte verò Rei, possessio. *l. un. C. de alienat. judicij mutand. caus. fast. l. 25. ff. de obl. & act. Harpr. d. l. (c)* Mutata siquidem & manca esset Imperatoris in §. 1. *J. de act.* bi membris actionum divisio, si aliud actionum genus admitteretur. Facit in primis pro nostra sententiâ *l. 1. §. 1. C. de ann. except.* ubi tres illæ actiones §. 21. *J. de act. comprehensæ, personalibus expressè annumerantur. Anton. Faber. lib. 20. conject. c. 10. Rim er dec. 13. q. 8. Arum exerc. 18. q. 3. Harpr. d. l. n. 16. & seqq.*

Thefis V.

De Personalibus Civilibus infra videbimus Th 21.
Civiles Reales sunt Reivindicatio (a) Petitio hereditatis (b) Querela inofficiosi testamenti (c) Confessoria (d) Negatoria. (e)

(a) §. 1. *in fin. J. de act. l. 1. §. 1. ff. de reivind.* Directa competit illi, qui aut jure Gentium aut Civili dominiū habet. *l. 23. in pr. ff. eod. Kremb. §. 1. J. de act. n. 21. & seqq. Forst: de act. Disp. 2. tb. 6. lit. C. Wesenb. ff. de rei vind. n. 3. Treutl. vol. 1. Disp. 15. tb. 2. lit. A.* Probari autem duo in hac actione oportet, Dominiū ex parte actoris, *l. 9. ff. de reivind. & possessionem ex parte Rei. §. 1. J. de act. Treutl. d. l. tb. 3.* Competit autem adversus illum, qui rem nostram possidet, neq; ullo jure nobis obligatus est. *§. 1. J. de act. sive naturaliter sive civiliter possideat. l. 9. ff. de reivind. l. 3. §. fin. ff. ad exhib. Treutl. d. l. tb. 4. ibiq; latè Hunn. vel saltem detinet. d. l. 9. datur quoque adversus eum, qui dolo vel latâ culpâ possidere desierit, hic enim pro possessore habetur, *l. 22. l. 27. §. 1. ff. de reivind. Wesenb. ff. eod. n. 4. Schneid. §. 1. J. de act. n. 85. Borch. tr. de act. c. 2. Kremb. d. l. n. 31. ut & adversus illum qui defraudandi actoris causâ se possidere dixerit litiquè obtulerit *l. 25. in pr. ff. de reivind. modo id actor ignoret, Schneid. d. l. n. 94. Donell: lib. 19. comm. c. 12. Utilis actio datur Emphyteutz. l. 1. §. 1. ff. si ager vectigal. petat. superficiario l. 73. §. 1. cum duab.***

du ab. subseqq. ff. de reivind. l. 16. in fin. ff. de pignorat. act. Treutl. d. l. c. 5.
Competit de re corporali, siue ea mobilis sit siue solo contineatur. l. 1. §. 1. ff. de reivind. siue singulae sint, siue universitatis specierum scilicet: corporaliu: ut grex: non juris, ut hereditas. d. l. 1. §. 1. ubi Gothofr. Wesenb. d. l. n. 5. Donel. lib. 20. comm. c. 4. ibiq. Hillig. lit. O. Kremb. d. l. n. 28. nisi specialiter exempta inveniantur. l. 23. §. 6. ff. de reivind. datur ad hoc ut res restituatur cum omni sua causa. l. 17. §. 1. l. 20. l. 62. ff. de reivind. unde & fructus computantur. d. l. 17. §. 1. l. 173. ff. de R. J. Bonae tamen fidei possessor fructus omnes perceptos suos facit, adeoque nullos domino rei restituere cogitur, siue industriales fuerint, siue merè naturales. l. 48. ff. de acquir. rer. domin. l. 136. ff. de R. J. l. 21. §. 1. l. 28. ff. de usur. Dn. Franzk. exerc. 4. q. 7. ibique Fibig. Harpr. §. 36. J. de Rer. Div. Treutl. d. l. c. 10. lit. E. & F. Rimer. dec. 4. q. 4. Arum. exerc. 14. c. 19. dum modo eos consumpserit. l. 40. ff. de acquir. rer. dom. §. 36. J. de rer. divis. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. Dn. Franzk. d. l. q. 8. Harpr. d. l. licet ex illis factus fuerit locupletior d. l. §. 36 d. l. 4. §. 2. Ulmm. in proces. judic. disp. 21. c. 3. n. 19. Donell. in tr. de fruc. c. 4. Facin. lib. 1. contr. c. 58. Ant. Faber. lib. 4. conject. c. 17
Sed quid de impensis? In his deducendis bonae fidei & malae fidei possessoris dispar est ratio. Probè enim contradistingueda petitio hereditatis à reivindicatione. Impensae verò in triplici sunt differentia. Aut enim sunt Necessariae, aut Utiles, aut Voluptuariae: Necessarias & bonae & malae fidei possessor, tam in petitione hereditatis, quam reivindicatione deducit. Bonae fidei possessor quidem indistinctè, re licet interempta. Malae fidei autem possessor non aliter nisi res exstet. l. 38. ff. de petit. hered.: Utiles in utraque actione bonae fidei possessor deducit, si modò ut eas praestare possessori queat rei dominus, rem suam in quam factae sunt, vendere non cogatur. d. l. 38. ff. de petit. hered. l. 27. §. 5. l. 29. l. 30. l. 38. ff. de reivind. Malae fidei possessor in petitione hereditatis, easdem simili modo deducit. d. l. 38. ff. de petit. hered. in reivindicatione saltem tollit. l. 5. C. de rei vind. l. 37. ff. eod. Voluptuarias in petitione hereditatis bonae fidei possessor deducere valet, propter exceptionem doli, l. 39. §. 1. ff. de petit. hered. Malae fidei possessor ob defectum hujus non item,
sed

sed tollit saltem, si sine detrimento id fieri possit. *d. l. 39. §. 1.*
In reivindicatone bonæ fidei possessor sine detrimento rei eas-
dem tollit, *l. 32. §. 5. ff. de administ. tutor. l. 3 §. 4 ff. de in rem verso,*
Malæ fidei possessor prorsus non. Quæritur hic à Dd. num
quid pro impensis necessarijs consequendis detur a-
ctio? affirmam *9. l. 15 §. 1. l. 40. §. 1. ff. de condit. indeb. pultrè Dn.*
Franzk. exerc. 4. q. 5. ibiquè Fibig. Sub complemento hujus a-
ctionis, quæri consuevit, in quonam loco illam intentari oport-
teat? videatur *Zang. tr. de except. part. 2. c. 1. n. 343. (b)* Datur a-
ctio hæc heredi quocunque modo vel jure heres est, *l. 1. l. 2. l. 3.*
l. 10. ff. de petit. hered. h. e. sive veteri sive novo jure, sive ex testa-
mento, sive ab intestato, Schneid. J. de act. §. 28. de hered. petit. n.
5. Harpr. d. §. n. 95. Kremb. d. §. 28. n. 115. Færst. de act. disp. 2. tb.
5. lit. B. Directa datur adversus eum qui pro herede vel possessore
possidet. *l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. ff. de hered. petit.* Utilis adversus
eum qui à possessore rem habet. *l. 13. §. 4. ff. b. 2. Wesenb. ibid.*
n. 7. non tamen adversus titulo singulari possidentem. *l. 2. C.*
eod. Harp. d. l. n. 98. Færst. d. l. lit. D. Kremb. d. l. n. 119. bene ad-
versus debitorem hereditatis, *l. 13. §. fin. l. 14. ff. eod.* Ut & adver-
sus eos qui dolo deserint possidere. *l. 20. §. 6 ff. eod.* vel liti se ob-
tulerint. *l. 45. ff. eod. Wesenb. d. l. n. 10. Treutl. vol. 1. disp. 14. tb. 16.*
§ 17. Veniunt in hanc actionem res non solum hereditariæ quæ
in dominio defuncti fuerunt, tam corporales quam incorpora-
les, licet minimæ. *l. 10. ff. eod.* sed & non hereditariæ, quatenus
scilicet: periculo hereditatis obligantur: cujusmodi sunt res depo-
sitæ, commodatæ, vel pignoratæ, quoniam harum etiam peri-
culum ad heredem spectat. *l. 18. §. 2. l. 19. ff. eod. Wesenb. ibid. n. 11.*
Treutl. d. l. tb. 18. exceptis servitutibus. d. l. 19. §. 3. Treutl. d. l. lit.
D. ibiq; Hunn. & Bachov. fructus tamen accessionesque actione
hæc peti possunt. *l. 20. §. 3. ff. eod.* Feudum regulariter non nisi sit
hereditarium. *Wesenb. d. l. Treutl. d. l. lit. C. ibiquè Hunn. (c)*
Actio hæc, *l. 2. l. 7. l. 12. l. 15. §. ult. l. 16. l. 19 ff. de inoff. test.* quæ ini-
quæ & impiæ exheredati vel præteriti testamentum inofficiosum
dicunt, & rescindi postulant, *pr. tit. J. de inoff. test. l. 17. l. 19 in fine*
& toto tit. ff. & C. eod. Nov. 115. c. 3. in fin. & c. 4. circa fin. Com-
petit liberis utriusque sexus, sive in potestate constituti sive eman-
cipati

cipati fuerint. *Nov. 118. c. 1. § 4.* sive naturales sint & legitimi si-
mul, sive legitimi tantum, h. e. ab ascendentibus adoptati. *l. 8. §.*
15. l. 29. §. 3. ff. eod. l. penult. C. de adopt. Wesenbec. ff. b. t. n. 6. Treutl.
vol. 1. disp. 13. tb. 2. Færst. de act. disp. 2. tb. 3. lit. C. Harpr. §. 1.
§. de inoff. test. in pr. §. n. 1. Naturalibus quoque
contra testamentum Matris aut avi materni. *l. 29. §. 1. ff. b.*
1. Treutl. d. l. adversus Patris verò testamentum non aliter nisi de-
ficientibus legitimis liberis & iusta uxore, Nov. 28. c. 5. ibiq. Cu-
jac. Posthumè cā minimè indigent, quia hodie exheredari am-
plius nequeunt. Treutl. d. l. Vultrej. ad pr. hujus tit. n. 6. Færst. d. l.
Illud hic obiter notandum, quod filio à patre justè exheredato,
causaquè ingratitude probatà, nepos ex suâ personâ ad que-
relam inofficiosi non admittatur, l. 34. C. de in inoff. test. l. 6 in pr.
ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testam. Gomes. lib. 1. variar. resolut.
c. 11. n. 21. Henon. ad §. disp. 9. coner. 7. Harpr. d. l. n. 8. Deinde com-
petit Parentibus utriusque sexus, cum à liberis sive in potestate si-
vè extra eam constitutis, ex heredantur. *l. 1. l. 14. l. 15. l. 30. ff. b. t.*
Harpr. d. l. n. 20. modo ab intestato essent successuri, l. 6. §. 1. l. 14.
ff. b. t. Duar. ff. eod. c. 7. Treutl. d. l. tb. 3. Færst. d. l. lit. D. & bona
liberorum non castrensia vel quasi fuerint. l. 24. C. eod. Treutl.
& Færst. d. l. Tertio competit fratribus & sororibus consangui-
neis si turpes personæ fuerint institutæ. §. 1. §. b. t. l. 21. l. 27. C. eod.
Hinc exurgit quæstio, an spurius habeatur pro turpi persona,
adeò ut illo herede instituto, consanguineis vel fratribus & so-
roribus querela inofficiosi detur? Non putamus? *l. 3. §. 2. l. 6. in*
pr. ff. de Decurion. can. 3. can. 4. distinct. 56. Treutl. d. l. tb. 4. lit. B.
ibiquè Huun: Harpr. d. l. n. 24. & seqq. Færst. disp. ad §. 13. q. 20. ute-
rinis prorsus non datur. d. l. 21. & 27. C. de inoff. test. Ad heredes
quoque querela hæc transit, exceptis fratrum & sororum exhe-
redatarum heredibus. d. l. 21. C. b. t. ad suos itidem indistinctè,
ad extraneos verò non nisi præparata, l. 6. §. fin. ff. b. t. Wesenb.
ff. ibid. n. 8. sed quid juris si transactione finita fuerit querela, &
placidis non stetur, poteritne eadem ab heredibus instaurari?
Et minimè posse verior videtur sententia, per textum apertum
in l. 6. C. de transact. non obstante l. 27. in pr. ff. de inoff. test. Donel.
ad. d. l. 6. C. de transact. Bachov. ad Treutl. d. l. tb. 5. lit. B. Arum 2

B

exerc.

exerc. 13. tb. 17. Harpr. d. l. §. 2. & 3. in fin. Datur adversus omnes
quicumque testamentum defendunt, sive sint heredes scripti vel
nuncupati. *l. 17. l. 24. l. 29. §. 4. ff. b. t.* sive directi vel fidei com-
missarij *l. 1. C. cod.* nec interest quis inofficioso testamento sit
scriptus heres; neq; enim Majestas scripti heredis, neque am-
plitudo, neque favor, neque sanguinis conjunctio, neque pietatis
vinculum, querelam inofficiosi impedit. *l. 8. §. 2. ff. b. t.* & est
ratio, quia non tam de jure vocatorum, quam præteritorum aut
exheredatorum agitur. *Færst. d. l. lit. F.* Petitur autem testameti-
tum rescindi. *l. 8. §. 16. l. 17. ff. eod.* sibi quæ hereditas adjudicari.
Undè rectè querela inofficiosi testamenti petitioni hereditatis
inesse defenditur à *Donell. lib. 19. comm. c. 3. per l. 20. l. 21. §. ult. l.*
25. §. ult. ff. eod. contra Accurs. in d. l. 20. Rescisso itaque per quere-
lam testamento, nec quidem legata & libertates debentur. *l. 8.*
§. 16. l. 28. ff. b. t. certissimi enim juris est, neminem pro parte
testatum, pro parte verò intestatum decedere posse, *l. 7. ff. de R.*
§. 7. §. 7. de hered. instit. Hillig. ad Donel. lib. 6. c. 13. lit. F. Schi-
fordecher. lib. 1. tr. 17. q. 1. Bocer. clas. 3. disp. 13. tb. 16. Dn. Franzk.
exercit: 6. q. 3. Varij tamen sunt modi quibus querela hæc lo-
cum minimè inveniatur. Primò enim cessat si aliquis ipsi renunci-
averit *l. fin. ff. b. t.* Secundo, si per quinquennium siluerit *l. 34. C.*
eod. Tertio propter conditionem *l. 8. §. 5. ff. eod.* Quarto si ipsi fue-
rit relicta legitima vel saltem pars ipsius. *§. 2. & 3. §. 7. eod.* Legi-
tima olim erat totius substantiæ quarta pars: hodiè pro libero-
rum numero adaucta, & ad hunc redacta modum est, ut si qua-
tuor aut pauciores existant liberi, triens: si vero plures, semis præ-
stetur, *Nov. 18. c. 1.* nec solum liberorum sed Parentum quoque
aucta legitima est. *d. Nov. 18. c. 1. in fin. Barth. Bald. Salicetus.*
Sichard. ad auth. Novissima. C. de inoff. test. Harpr. d. l. §. 6. n. 24. &
seqq. Hænon. ad §. disp. 9. contr. 10. non tamen fratrum d. Nov.
18. Trentl. d. l. tb. 13. in fin. Cagnol. ad l. 8. §. 9. ff. b. t. Harpr. d. l. n.
30. & seqq. Hodiè solo institutionis titulo relinquenda. *Nov. 115. c. 3.*
Fachin. lib. 4. contr. c. 24. & 30. Duar. ad tit. ff. de inoffic. test. c. 17.
circa fin. Gilcken. in auth. Novissima. C. eod. Faber, Vultei. Schneid.
ad §. ult. §. b. t. & Dd. communiter, pulchrè Berlich, part. 3. concl.
15. debetur autem detractio prius ære alieno, funeris impensis.
itemquæ.

itemquè libertatibus l. 8. §. 9. ff. b. t. quibus tamen non accense-
mus sumptus studiorum causa factos. l. 50. ff. familiae herisc. We-
senb. ff. de collat. dot. n. 3. Kremb. in tr. de sumpt. studios. q. 1. Tolosan.
lib. 44. Syntag. jur. univ. n. 44. Harpr. §. 2. f. de donat. n. 55. & seqq.
Hartman. Pistor. lib. 1. q. 10. & licet in totum tolli non possit, minui
tamen ex parte potest. d. Nov. 18. Gail. lib. 2. obs. 122: ubi hanc sen-
tentiam ut æquiorē & veriorē in Camerā receptam astruit. My-
singer. cent. 5. obs. 43. Fachin lib. 4. contr. c. 32. Hart. Pistor. obs. 131.
n. 1. & seqq. Berlich. part. 3. concl. 28. n. 20. & seqq. Illud etiā legi-
timæ proprium adjunctum est, quod ab omni onere & gravamine
soluta atq; libera esse debeat, nequè diem, conditionem, modum,
aliavè obstacula admittat, l. 8. §. 9. ff. l. 30. 32. C. b. t. Gail. lib. 2. obs.
119. n. 2. Gomes. l. 1. variar. resol. c. 11. n. 27. hoc tamen non intelli-
gendum est de istis oneribus, quæ jam antea bonis Patris imposita
fuerunt; e. g. si forsan ære alieno bona testatoris fuerint gravata,
hæc quippè & similia onera rectâ cum legitimâ ad filium transe-
unt; sed accipiendum est de onere conditionis, dilationis, & si-
mili gravamine à testatore in odium filii imposito, bonis illis,
quæ filio loco legitimæ assignari debent. d. l. 32. ibiquè Castrens. Sa-
licet. & Dd. comm. Harpr. d. l. n. 60. & seqq. (d) Observandum hic
primò est, quod actio Confessoria & Negatoria, non à concep-
tione verborum affirmativâ vel negativâ, sed à re ipsa, proprietatibus
& causis finalibus ita dicantur. Donel. lib. 11. comm. c. 15. Harpr. §.
2. f. de act. in pr. Confessoria est, quâ agimus adversus jure aliquo
vel servitute nostrâ nos uti impedientem, sive controversiam fa-
ciat sive non l. 4. §. 5. l. 10. §. fin ff. si servit. vindic. servitute no-
stram esse. l. 2. ff. eod. eamquè nobis cum fructibus & omni causa
restitui postulamus, d. l. 4. §. 2. Schneid. §. 2. f. de act. n. 7. Jason. n.
54. Donel. n. 3. Kremb. n. 16. Rectè fuit dictum jure aliquo, Nam
actionibus hæc Confessoria & Negatoria non agimus tantum ser-
vitutum, sed cujuslibet etiâ alijus juris nomine, si non directò
saltem utiliter. Si ergo quis impediatur aut turbetur in perceptione
redituum, tributorum aut in jure utendi jurisdictione, pascuis,
jure portorij, vectigalis, vel in jure præsentandi & in alijs juribus
Ecclesiasticis, confessoria locum esse, pleriq; è Canonistis con-
sentiunt, in cap. 19. & cap. 26. X. de decim, Panorm. & Felin. ibid

Jafon. §. 2. J. de act. n. 35. & seqq. Johan. Faber. n. 3. Schneid. n. 10^o
Kreimb. n. 17. Vultej. n. 4. & 5. Harpr. n. 4. pulchrè Rimer. dec. 13. q. 4.
 Confessoria directa datur illis qui dominium in eo prædio, cui
 servitum deberi contendunt, habent. *l. 2. §. 1. ff. si servit. vindic.*
Wesenb. ib. n. 2. Utilis verò ei qui jus aliquod dominio proximum
 obtinet: ut creditori pignoris, *l. 16. ff. de servit. Kreimb. d. l. n. 21.* un-
 dè an usufructuario tribuenda sit ambigitur? Affirmamus, *l. un.*
§. 4. ff. de remission. Harpr. d. l. n. 6. Hænon. ad J. disp. 19. th. 3. lit. B.
 competit autem adversus eum qui vel planè negat, vel impedit u-
 sum servitutis sive dominus sit sive alius *l. 10. §. 1. l. 4. §. 5. ff. si ser-*
vit vindic. Wesenb. ff. eod. n. 3. Competit autem ad hoc, ut alicui tan-
 quam domino servitus restituatur, quod fieri assolet, si is, adversus
 quem actio intentatur, à controversiâ servitutis desistat & actorem
 eâ uti patiat, unâ cum omnibus ijs sine quibus servitus usurpa-
 ri nequit. *l. 5. §. ult. ff. si ususfruct. petat. Kreimb. d. l. n. 30.* quod ha-
 ctenus traditum fuit, confessoriam scilicet intentari posse, id exau-
 diendum de servitute jam tum constitutâ, quod expeditur usu ser-
 vitutis & domini patientiâ, hunc usum in re suâ permittentis, inter-
 veniente. *l. fin. ff. de servit. l. 3. ff. de usufr. non vero de constituen-*
dâ vel promissa, Joh. Faber ad. d. §. 2. n. 14. Doncl. n. 3. Vult. n. 17.
Kreimb. n. 33. Utrum autem hæc utendi patientia, jure actionis,
 an officio judicis, in confessoriâ actione petatur, dubia quæstio
 est. Prius magis placet, per text: *rotundum in l. 4. §. 5. ff. si servit.*
vind. Harpr. d. l. n. 9. & seqq. Hænon. d. l. (e) Negatoria actio est,
 quâ ad servitum evertendam, & libertatem astringendam agimus.
d. §. 2. l. 2. in pr. l. 4. §. 2. & §. 7. ff. si serv. vind. Directa competit
 dominis ejus prædij, in quo adversarius jus sibi vel servitum
 competere intendit. *d. l. 4. §. 7. Schneid. d. l. n. 31.* Utilis eis datur
 qui jus aliquod in ea re habent, *Schneid. d. l. Kreimb. d. l. n. 41.* Datur
 adversus eos qui contendunt jus servitutis sibi competere. *d. l. 4.*
§. 5. & 7. l. 8. §. 5. ff. eod. Schneid. d. l. n. 32. Kreimb. d. l. n. 38.

THESIS VI.

Actiones Prætorix reales perhibentur Publiciana
 (a) Rescissoria (b) Pauliana (c) Serviana (d) quasi Serviana
 (e) quibus & Præjudiciales annumeramus. (f)

(a) §. 4.

(a) §. 4. J. de act. ibique Dd. comm. Requisita actionis hu-
jus sex sunt. Primum est justa causa sive justus titulus, talis scil.
qui habilis fuit ad transferendum dominium d. §. 4. Schneid. ibid.
n. 38. nec interest onerosus an lucrativus fuerit l. 7. §. 7. ff. de Public.
in rem act. Treutl. vol. 1. disp. 15. th. 13. lit. B. ibiq; Hunn. ratio cur ju-
sta causa sive titulus requiratur in propatulo est, quia scil. actio
hæc in usu-capione tantummodo locum habet. Sed usucapio
non procedit, nisi justâ possessionis causâ præcedente l. 27. ff. de
usurpat. & usucap. Harpr. d. §. 4. n. 8. Verum quid juris si aliquis
forsitan justo errore facti subesse causam existimaverit, quæ ta-
men reverà non erat e. g. Si à furioso emerit, quem furere igno-
ret: num quid Publiciana ad recuperandam possessionem amis-
sam, emptori accommodabitur: Utiqnè putamus, per text. in l. 7.
§. 2. ff. de Public. in rem act. non obstante l. 2. §. 16. ff. pro emptor. Ant.
Faber lib. 1. conject. c. 18. Treutl. d. l. lit. G. Hillig. ad Donel. lib. 20. comm.
c. 8. lit. Q. Marc. Lyclama lib. 1. membr. Ecclog. 20. Alterum requisitum
est bona fides l. 7. §. 11. ff. de Publ. in rem act. ibiq; Wesenb. n. 4. usu-
capio siquidem absque bonâ fide non procedit, pr. J. de usucap.
l. 10. l. 27. ff. eod. Kremb. d. §. 4. n. 9. Datur ergo hæc actio bonæ fidei
possessori d. §. 4. d. l. 7. §. 11. & 17. Hinc exsurgit quæstio, an ve-
ro etiam domino competat? Affir. verum non qua tali, neque
quatenus pro tali se gerit, l. 1. §. 1. ff. eod. sed sub qualitate bonæ fi-
dei possessoris, ob difficilem domini probacionem, Bachov. ad
Treutl. d. l. lit. A. Bronchorst cent. 1. assert. 106. Gail. lib. 1. obs. 62. n. 5. quæ
sententia jure consuetudinario obrinuit. Tertium requisitum
est, ut res à non domino fuerit tradita, d. §. 4. l. 2. ff. de public. in
rem act. Si enim dominus ipse tradidisset, traditione dominium
transtulisset, accipientemq; dominum effecisset. §. 41. ff. de rer. di-
vis. l. 20. ff. de acquir. rer. domin. Kremb. d. §. 1. n. 8. Treutl. d. l. lit. A.
Quartum requisitum est ut res verè sit tradita d. §. 4. d. l. 1. Rem-
accipimus alienam, sive corporalem sive incorporalem. l. 11. §. 1. ff.
eod. licet enim res incorporales propriè loquendo traditionem
atq; possessionem minimè recipiant. d. §. 41. J. de rer. divis. pa-
tientia tamen & usus earum pro traditione ac possessione habe-
tur, l. ult. ff. de servit. Ratio autem cur traditio requiratur, hæc
assignari solet: quia scil. Publiciana ei competit qui rem usuca-
pere

perē cœpit, *d. §. 4. d. l. 1.* Usucapio verò sine possessione non procedit *l. 25. ff. de usurp. & usucap. & possessio absq; traditione non acquiritur l. 1. l. 23. ff. de acquir. vel amitt. possess.* hoc tamen advertendum quod de traditione dictum ad illas saltem species restringendum, quarum dominium absq; traditione transferri nequit; ex quibus enim causis dominium citra traditionem, nudâ domini voluntate transfertur; ex iisdem causis, si res voluntate ejus, qui pro domino habebatur, translata fuerit, Publicianæ locus utiq; erit. E. G. si res fortè à non domino sit legata: aut si cui ex Trebelliano hereditas restituta sit. Is enim, quamvis non fuerit nactus possessionem, Publicianam nihilominus intentare minimè prohibetur, *l. 12. §. 1. ff. de Public. in rem act. Kremb. d. §. 4. n. 7. Iason n. 34. & 75. Harpr. n. 11. Philip. Matthæi ad l. 11. n. 15. ff. de R. I.* Quintum requisitum est ut res nondum fuerit usucapta. Si enim usucapta esset, haberet civilem actionem reivindicationis, *l. 1. §. 1. ff. eod.* Actio quippe in rem ei datur qui tam de jure Civili quam Gentium dominium acquisivit, *l. 23. ff. de reivind.* jam autem usucapione verum dominium acquiritur, *l. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Coras. lib. 6. miscell. c. 20. Duar. ad t. ff. de usurp. & usucap. c. 5. Petr. Gregor. lib. 40. Syntag. c. 1. n. 8. Fachin. lib. 1. controv. c. 70. Donell. lib. 5. comm. c. 29. ibiq; Illig. lit. A.* Sextum & ultimum requisitum est, ut res casu fuerit amissa, si enim aliquis destinato animo eam abjecerit Publicianam minimè habebit, *d. §. 4. ibiq; Dd. comm.* Datur actio Pubiiciana adversus possessorem, vel eum qui dolo malo possidere desit, *arg. l. 7. §. 8. ff. de Publ. in rem act.* excipimus tamen dominum adversus quem actio ea non conceditur, *l. penult. l. ult. ff. eod.* ab eo enim qui suum recepit, nulla repetitio est, *l. 44. ff. de condict. indebiti,* & dolo facit qui petit id, quod mox restitutus sit, *c. 59. de R. I. in 6. Schneid. d. §. 4. n. 34. Kremb. n. 25. Harpr. n. 23. & seqq. Foerst. de act. disp. 3. th. 4. lit. D.* An autem nunquam detur adversus titulo possidentem quæstionis est? Placet distinctio inter titulum onerosum & lucrativum, *Foerst. d. l.* Ulterius quæritur an adversus possidentem pro herede Competat? Stamus distinctioni *Kremb. d. l. n. 34. & seq. & Foerst. d. l. competit.* autem ad hoc ut res restituatur cum omni suâ causâ, *arg. §. 2. 7. de offic. jud.* Hactenus enarrata procedunt si res sit præscriptibilis, seu
talis

talís, quæ usucapí potest, neq; præscribi prohibita inveniatur, *Dd. ad d. §. 4. comm.* res quippè quæ non sunt in commercio hominum, ut liber homo, res sacræ, it. furtivæ §. 4. *J. de usucap.* præscribi minime valent, ideoq; Publicianam non admittunt, *text. elegans in l. 7. §. fin. ff. de Publ. in rem act. Foerst. d.l. in fin.*

(b) §. 5. *J. de act.* Rescissoria dicitur, non quod usucapionem rescindat, sed per quandam Metonymiam quod scil. rescissionis illius quasi effectus sit, & usucapione rescissâ detur, *d. §. 5. Foerst. de act. disp. 3. tb. 5. in pr.* Ex quo patet, duplex esse iudicium Rescindens & Rescissorium. Iudicium rescindens rescissorij præparatorium est, necessarioq; præcedere debet, cum alias constare non posset, rem petitoris esse, nisi rescissâ usucapione. Rescissorium verò, quo obstaculo demum remoto ad rem usucaptam à possessore repetendam agitur, quasi nunquam usucapta fuisset. *d. §. 5. l. 35 ff. de oblig. & act. l. fin. C. quib. ex caus. major. Accurs. Jason, Donell, Kremb. d. §. 5. Foerst. d.l. Hænon. ad J. disp. 19. tb. 4. lit. B.* de tempore horum remediorum *Dd.* ambigunt. Remedio rescidenti præstitutus olim erat annus utilis, *arg. l. 1. ff. quib. ex caus. major.* sed annum istum utilem Imperator in continuum quadriennij tempus transfudit, *l. fin. C. de tempor. in integr. restit.* Iudicium rescissorium quod attinet, verior est sententia illud intra annum utilem competere, *d. §. 5. d.l. 35. Zas. Schneid. Hottom. & Dd. ferè comm. d. §. 5.* Hæc actio datur ei qui dominus antea fuit: tam absenti contra præsentem, quam præsentem contra absentem, *d. §. 5. ibiq; Dd. comm.* Absentia autem justa esse debet, *l. 1. ff. ex quib. caus. major.* Licet verò duæ saltem in *d. §. 5.* absentia exponantur causæ, propter quas hæc detur actio, absentia videlicet Reipub. causâ & captivitas: certo tamen certius est ob alias etiam justas & probabiles eam omnino indulgendam esse: *E.g.* Si quis fuerit in vinculis aut servitute: vel abfuerit studiorum causa: & si qua alia justa absentia causa iudici probabitur *d. §. 5. in fin. ibiq; Kremb. n. 32. Harpr. n. 11. l. 1. l. 9. l. 10. l. 11. l. 26. §. ult. l. 27. l. 28. ff. ex quib. caus. major.* Datur adversus eum qui possidet aut dolo possidere desiit, *arg. l. 16. §. 13. ff. de pignor.* etiam adversus successores, sive universales sive singulares, *l. 30. in pr. & §. 1. ff. quib. ex caus. major. Kremb. d.l. n. 38.* Non tamen adversus eum qui per-
qua

quadraginta annos præscriptit, l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.
l. fin. C. de fund. patrim. competit ad hoc ut actor rem ab adversario
possessam suam esse asserat, & quasi ab eo usucapta non sit sibi re-
stitui petat, cum omni causâ, quam dominus si nunquam amisisset,
haberet Dd. ad d. §. comm.

(c) l. 1. §. ii. ff. que in fraud. credit. §. 6. 7. de act. ibiq; Dd. comm.
Actionem hanc verè realem esse ex d. §. 6. latis patescit, quamvis
in contrarium secedat Donell. ibid. cujus tamen argumentis satisfacit
Dn. Frantz. exercit. 13. q. 4. Bachov. de act. disp. 3. tb. 39. Datur
creditoribus eorumq; heredibus, quibus per missionem in bono-
rum possessionem vel sententiam pignus constitutum est d. §. 6.
competit adversus quemcunq; possidentem, l. 26 ff. de pignor. act.
Kremb. d. §. 6. n. 13. De eo dubitatur: an, quemadmodum fraus
debitoris alienantis, ita & fraus accipientis in hac actione requi-
ratur? sequimur distinctionem eorum, qui distinguunt inter titu-
lum operosum & lucrativum. Ille tùm demum tenebitur, si frau-
dis conscius & particeps fuerit, l. 6. §. 8. ff. que in fraud. credit. hic
verè indistinctè licet fraudem omninò ignoraverit, d. l. 6. §. ii. Ra-
tio differentia illa assignari solet: quod ille de damnovitando, hic
vero de lucro captando certet. Adversus hunc igitur creditori qui
de damno vitando certat, hæc actio deneganda minimè est, iniquis-
simum & enim foret, eum cum creditoris jacturâ & detrimento fie-
ri locupletiores, l. 10. §. penult. ff. ibid. ibiq; Wesenbec. n. 6. Schneid.
d. §. 6. n. 55. Treutl. vol. 2. disp. 24. tb. 5. lit. D. ibiq; Bachov. Competit
autem ad hoc, ut rescissâ traditione revocetur res, quæ in fraudem
creditorum distracta erat: h. e. ut perinde habeatur, quasi à debi-
tore nunquam tradita fuisset, sed in bonisejus permanisset, d. §. 6.
ibiq; Dd. comm.

(d) §. 7. 7. de act. Competit domino vel locatori, l. 37. ff. de ac-
quir. vel amitt. possess. l. 1. ff. in quib. caus. pign. l. 5. l. 6. ff. qui potior. in
pign. de rebus coloni vel inquilini, quæ pro mercedibus fundi
pignoris jure locatori tenentur, d. §. 7. & quidem adversus ipsum
colonum & inquilinum ejusdemq; heredes, arg. §. i. 7. de act. item
adversus quemcunq; possessorem, l. 16. §. 3. ff. de pign. Cum in
rem sit, l. 17 ff. eod. Observandum tamen diligenter discrimen re-
rum coloni & inquilini, sive prædij rustici & urbani: quod illæ
convento, & expresso, hæc verò tacito pignore obstringantur, l. 4.
ff. l. 5. C. in quib. caus. pign. Wesenb. ff. ib. n. 2. Donell. in tr. de pignor.

c. 4. Duar. ad l. 4. ff. de pact. Hackelmann ad ff. disp. 12. th. 4. Bachov. tr. de act. disp. 3. th. 34. Bocer. class. 2. disp. 12. th. 54. & 56. De eo disputari solet, an actio Serviana pro rebus perinquilinum inquilinam investis & inductis locatori ædium accommodetur? Affir. l. 1. §. 5. ff. de pignor. act. l. 5. ff. in quib. caus. pign. Henon. ad J. disp. 19. th. 4. lic. C. Harpr. §. 7. J. de act. n. 13. & seqq. Sed quid de libris studioforum dicendum: num illi propensione locationis affecti tacite obligatiq; intelligentur, ita, ut Servianæ locus sit? non putamus arg. l. 6. ff. de pignorib. l. 7. cum Auth. seq. C. que res pign. oblig. poss. Bachov. d. l. & in tr. de pign. lib. 1. c. 11. Andr. Gerhard. dec. 13. q. 4. Harpr. §. 4. J. quib. mod. re contrab. oblig. n. 32. & seqq. Ulterius quæri solet, num quid res à minoribus illata, tacite obligentur, quoad affectum scil. producendæ actionis Servianæ? Affirm. tum, quia nusquam ab hoc tacito nexu excipiuntur: tum, quia tacitam hanc hypothecam lex ipsa inducit, citra curatoris vel judicis factum, adeoq; sufficit decretum legis. Gail. lib. 2. obs. 83. n. 8. & seqq. Hackelm. d. l. th. 5. lic. B. Bocer. d. l. th. 55. Foerst. de act. disp. 3. th. ult. lit. E. Hæc actio ad hoc competit, ut, qui convenitur, necesse habeat aut mercedem, itemq; deteriorationem, quam sua culpa commisit, l. 16. §. 3. ff. de pignor. l. 2. ff. in quib. caus. pign. locatoribus solvere & præstare, aut rem de qua agitur simul cum fructibus & omni causâ restituere, Donell. §. 7. J. de act. in pr. ibiq; Kremb. n. 23.

(e) §. 7. l. de act. l. 17. ff. de pignor. Datur hæc actio creditoribus aut pignoris jus habentibus, d. §. 7. eorumq; heredibus, l. 1. C. si unus ex plurib. hered. Schneid. d. §. 7. n. 78. competit adversum debitorem heredemvè ejus, l. 24. cum Auth. seq. C. de pignor. imo contra quemcunq; extraneum possessorem, arg. l. 17. ff. de pignor. De rebus debitoris non tantum expressè sed etiam tacite sive generaliter sive specialiter obligatis. Competit ad hoc, ut rem pignoratam obligatamq; revocemus, non quidem ut dominium, sed salè possessionem, usq; dū de debito fuerit satisfactum, consequamur l. 66. in pr. ff. de evict. Schneid. d. §. 7. n. 89. Kremb. n. 47. Si tamè tertius possessor ipsum debitū offerat, offerendo & solvendo, illā rem obligatam retinere & creditorem, à vendicatione rei excludere potest, l. 12. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypòthec. solv. Schneid. d. l. n. 83. Kremb. n. 48. Deniq; notandum hic est, antequam hypothecariâ

C

hac



hac actione contra possessores agatur, excusationem debitoris principalis prius intentari debere, *Auth. hoc si debitor. C. de pignor. & hypoth. Auth. sed hodie C. de obl. & act. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 7. Kremb. d. l. n. 49. Rimer. dec. 13. q. 6.*

(f) *Arg. §. 13. J. de act. l. 1. §. 2. ff. de reivind. Donel. lib. 20. com. c. 8. Harp. §. 13. J. de act. Pulchrè Rimer. decade 13. q. 2. ubi Forsteri de act. disp. 1. th. 3. lit. B. easdem Personales esse contententis rationes egregiè confutat.*

THESIS VII.

Sequuntur actiones Prætoriarum Personales, quæ nascuntur vel ex nostro contractu & maleficio, vel ex alieno. Ex nostro contractu oritur actio de constituta pecunia (a) de Peculio (b) de in factum ex jure jurando. (c)

(a) *§. 9. J. de act. Datur actio hac illi cui constitutum est si-
vè sit is cui debeatur prius, si-
vè alius l. 5. §. 2. ff. de constit. pecun.
modo voluntate domini hoc fuerit factum. l. 39. ff. de negot. gest. l. 8.
§. fin. ff. de novat. Harpr. §. 9. J. de act. n. 9. & seqq. ejusq. heredibus
l. 2. C. b. t. Schneid. §. 9. J. de act. n. 34. Vultejus n. 15. oportet autem
constitutum esse nudo pacto citra stipulationis solemnitatem. §. 9.
J. de act. Hic quaeritur, num quid inutilis stipulatio contineat uti-
le pactum? Neg. l. 1. §. 4. ff. de constit. pecun. l. 1. §. 2. ff. de V. O. Treutl.
vol. 1. disp. 23. th. 7. lit. B. Kremb. d. §. 9. n. 8. Datur adversus eum
qui constituit se, quod vel ipse vel alius debet. d. §. 9. si-
vè ex con-
tractu si-
vè ex delicto. l. 29. ff. de constit. pecun. imò ex quacunque
causa soluturum, l. 1. §. 6. ff. eod. poterit etiam actio hac adversus
heredes constituentis intentari. l. 1. §. 2. C. eod. Quæstio hic
moveri solet, an ille qui pro alio se soluturum constituerit bene-
ficio excusationis gaudeat? Aff. Nov. 4. c. 1. Nov. 136. c. 1. Treutl. d. l. th. 8.
lit. C. ibiq. Bachov. Necessè tamen est, ut illud ipsum quod consti-
tuitur ex priori aliqua obligatione debitum sit, ad quam consti-
tutum refertur, quacunque ex causa: si-
vè naturaliter tantum, si-
vè naturaliter & civiliter simul debeatur: l. 1. §. 6. ff. b. t. non tamen ci-
viliter tantum l. 3. §. 1. ff. eod. qui tamen honorarià actione obliga-
tus est, de constituendo tenetur, d. l. 1. §. ult. perinde autem est, si-
vè purum sit debitum, si-
vè sub conditione debeatur, aut etiam in-
diem d. l. 3. §. fin. quod tamen sub conditione debetur, si-
vè pure
si-
vè*

sive certo die constituatur, eandem conditionem nihilominus
habet, alioqui non debitum constitutum videretur, *l. 19. ff. eod. Wesen-*
senbec. ibid. n. 9. Constituuntur res non modo fungibiles, ut olim:
sed & quælibet aliæ, sive mobiles, sive immobiles, sive se moven-
tes, sive instrumenta, vel quæcunq; res quas stipulari homines
solent, §. 8. *f. de act. l. 2. C. de constit. pecun. Harpr. d. §. 9. in fin.* agitur
igitur ad hoc, ut quod constitutum est, fiat, *l. 14. ff. h. t.* aut in id quod
interest, promissor teneatur, *d. l. 14. §. 1. Wesenb. ff. ibid. n. 13. Kremb.*
d. l. n. 30. Tandem mantissæ loco hic animadvertendum, actio-
nem de constitutâ pecuniâ veterem actionem nec consumere,
nec illâ sublatâ, protinus exspirare, *l. 8. §. 1. & §. ult. ff. eod. Wesen-*
bec. d. l. n. 13. Duar. hic c. 3. Treutl. d. l. tb. ult. Kremb. d. l. in fin. nisi forsitan
aut solutione, *d. l. 18. §. fin.* aut satisfactione, *arg. l. 52. ff. de solution. vel*
alio modo sublata illa fuerit, Treutl. d. l.

(b) §. 10. *f. de act. l. 7. §. 1. & l. seq. ff. de pecul. Harpr. d. §. 10. in-*
pr. Hænon. ad f. disp. 20. tb. 3. lit. B. Datur hæc actio igitur illis, qui
cum filio familias vel servo contraxerunt *d. §. 10. Schneid. ib. n. 32.*
Quid verò juris si filius familias cum filio familias contraxerit?
Patri in cuius potestate filius est actionem de peculio acquiri pu-
tamus, *arg. l. 79. ff. de acquir. vel omitt. hcred. Harpr. d. l. n. 7.* Datur
adversus Patrem & dominum *d. §. 10. ibiq; Schneid. n. 33.* ut scil. pro
peculij viribus exsolvant, quod filius vel servus ex suo contractu
vel etiam quasi ex contractu debet. Verbo quippe contractus
etiam quasi contractum complectimur, *l. 52. ff. de pecul. l. 49. ff. de*
obl. & act. Harpr. d. l. n. 9. Illud tamen singulariter observandum:
quod Pater vel dominus à creditoribus peculiaribus conventus
antequam satisfaciat cuiq; eorum, deducere possit, quod sibi de-
betur: Quoniam prævenisse Dominus & cum servo egisse suo
creditur, *l. 9. §. 2. ff. de pecul. Harpr. d. l. n. 13.* Competit ad tradendam
rem, quæ est in peculio, pro solutione debiti à servo vel filio con-
tracti, quatenus se peculij quantitas extendit. *d. §. 10. ibiq; Schneid.*
n. 35. & Dd. comm. Quæritur hic, num quid si is, cum quo de pec-
culio actum est, ex imprudentiâ plus solverit, quam fuerit in pe-
culio, conditione indebiti, quod plus solvit, repetere possit?
Neg. arg. l. 32. §. 2. ff. de condiçt. indeb. Harpr. d. l. n. 14. & seqq.

(c) §. 11. *J. de act. Schneid. ibid. n. 60. Kremb. in pr. Harpr. in pr. Hænon. ad J. disp. 20. tb. 3. lit. C.* De quâ specie jurisjurandi hæc actio comperat Dd. inter se non conveniunt. Nos non saltem ex juramento judiciali, sed & ex cæteris, puta voluntario & necessario, actionem hanc nasci putamus, *l. 9 §. fin. l. 28. §. fin. l. 34. §. fin. ff. de jurejur. Kremb. d. l. n. 10. Hillig. ad Donel. lib. 24. comm. c. 18. lit. E.* Datur hæc actio ei, qui juravit sibi rem deberi, *d. l. 9. §. ult. d. §. 11. ibiq. Schneid. n. 95.* modo juraverit postulante & jusjurandum deferente adversario *d. §. 11.* quæ verba non excludunt juramentum necessarium sed ultroneum, quod seil. nemine deferente præstitum est *Kremb. d. l. n. 13.* Datur & ei, cui jusjurandum est remissum. Hic enim perinde habetur ac si jurasset, *d. l. 9. §. ff. de jurejurand. l. 1. l. 8. C. de reb. credit. Schneid. d. §. 1. n. 97. Harpr. n. 9. Kremb. n. 26.* Datur quoq; heredibus: facultas tamen jurandi ad eos minimè transit, *arg. l. 42 ff. de R. J. l. 11. §. 2. ff. de act. rer. amot. Kremb. d. l. n. 33.* Competit hæc actio adversus eum dumtaxat qui jusjurandum detulit, & conventionem se obligavit: sive actor sit, sive reus, *l. 22. l. 28. §. ult. l. 29. l. 30. ff. de jurejur. Schneid. d. §. 11. n. 110.* itemq; eum qui in locum ejus successit, modo causam habeat ab eo qui detulit, *l. 9. §. fin. ff. eod. adversus extraneum tamen reipossessorem non competit, d. l. 9. §. ult. Harpr. d. §. 11. n. 10. Kremb. n. 34.* competit autem ad hoc ut actori præstetur, super quo juravit. In realibus quidem, ut ipsi res restituatur cum fructibus perceptis & omnibus accessionibus & causâ, *l. 11. §. 1. ff. de jurejur.* In Personalibus vero vel ad dandum vel ad faciendum, & omnia ea quæ ex contractu sequuntur. *Schneid. d. §. 11. n. 112. Kremb. n. 36.* Et licet adversarius, jurantem pejerasse asserat, audiendus tamen minimè est, causa enim jurejurando delato & præstito, vel remisso decisa, nec perjurij prætextu retractanda est, *l. 1. C. de reb. credit. §. 11. J. de act. ibiq. Kremb. n. 38. Harpr. n. 13. & seqq. Donell. n. 4. Duar. ff. de jurejur. c. 27. Wesenb. ff. ibid. n. 8. Bronchorst. cent. 2. ἐναυτιο Φαυόν. assert. 26. Hænon. d. l. claudat illa quæstio, Num quid actio hæc ex jurejurando nova sit? *Aff. d. §. 11. J. de act. l. 26. §. fin. l. 9. §. 1. ff. de jurejur. Donell. ad d. §. 11. Treutl. vol. 1. disp. 21. tb. 8. lit. D. ibiq. Bachov.**

THESIS

THESIS VIII.

Ex maleficio nostro nascitur actio de albo corrupto (a)
de in jus vocando (b) de in jus vocato vi exempto (c)

(a) Actionem hanc cum popularis sit, quilibet de populo intentare valet, *l. 7. ff. de jurisd. l. 1. § 2. ff. de popular. act.* Datur adversus illum, qui id quod in albo Prætoris, perpetuæ Jurisdictionis causa propositum est, dolo malo corrumpit, *d. l. 7. ff. de jurisd. ibiq. Dd.* Competit autem ad hoc, ut delinquens pœnæ quinquaginta, vel ut, alij volunt quingentorum aureorum, subjugetur, *d. l. 7. si plures Prætoris album corruperint, singuli in solidum tenentur: d. l. 7. in fin. cum duab. ll. seqq.* si familia corruperit, Dominus singulorum nomine solidam pœnam solvere cogetur *l. 9. ff. eod.* Quæstionis controversæ est, quinquaginta sive quingentorum aureorum pœna num quid actori, an vero fisco sit adjudicanda? pro actore concludimus, *l. 12. ff. de V. S. l. fin. ff. de litigios. Gædd. ad l. 12. ff. de V. S. n. 15. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 4. th. 9. lit. B. Bronchorst. cent. 4. évavtio Cavāv. assert. 69. Arum. exercit. 18. th. 9. Bocer. in tr. de rega. lib. c. 3. Harpr. §. 12. J. de act. n. 10. § seqq. Hænon. ad J. disp. 20. th. 4. lit. A. Kremb. d. §. 12. n. 22.*

(b) Actione de in jus vocando tenetur ille, qui parentem vel Patronum in jus v. caverit, ad quinquaginta aureos præstandos, *§. 12. J. de act. l. 4. l. penult. ff. de in jus voc. Kremb. d. §. 12. n. 23. Schneid. n. 30. § seqq.* quod tamen dicitur filios citra petitionem veniæ Parentes in jus vocare non posse, id solummodo de filiis emancipatis accipiendum est. In potestate quippe Parentum constituti, ne quidem impetratâ veniâ Parentes in jus vocare possunt, *l. 3. C. de in jus voc. l. 8. in pr. ff. eod.* Ratio redditur in *l. 4. ff. de judic. Harpr. d. §. 12. n. 27.* Pœna hæc quinquaginta aureorum in Parentibus & Patronis tantum locum habet, non etiam in reliquis personis, *l. 2. § aliquot seqq. ff. de in jus voc. enumeratis.* Has enim arbitraria pœna puniri, ut receptius, ita & verius est, *Harpr. d. l. n. 26. Gomes n. 39. Mynsing. n. 35.* Quid de Vasallo statuendum, poterit ne ille sine venia seniore suum vel feudi dominum in jus vocare? *Aff. cap. un. vers. si vero Vasallus, de milite Vasallo qui contumax est. tit. 22. lib. 2. feud. Modest. Pistor. consil. 59 n. 38. § 41. vol. 1. Gaill. de oppignorat. obs. 15. n. 4. Mynsing. cent. 4. obs. 102. junctâ præcedente. Sichard. in l.*

l. n. 14. C. de jur. dot. Wesenb. de feud. c. 9. in fin. Rosenthal. in syuopsi jur feud. c. 10 §. 33. Fachin. lib. 10. controu. c. 89. Vultej. de feud. c. 10. n. 22. Treutl. vol. 1. disp. 4. th. 6. lit. C. Inveniuntur nihilominus certi casus, quibus hæc in factum actio, poenaq; remittatur. I. Si libertus officii; necessitate adactus, sine venia Patronum in jus vocaverit, l. 16. ff. de in jus voc. II. Si poenitentia ductus libertus actionem patrono remittat, l. 11. ff. eod. III. Si Patronus non venerit, d. l. 11. IV. Si Patronus non invitus sit vocatus, d. l. 11. in fin. Harpr. d. §. 12. n. 31 & seqq.

[c] Actio hæc datur adversus eum qui in jus vocatum vel per se, vel per alium eximit, ut in id quanti eæ res ab actore æstimentur, condemnentur, §. 12. *J. de act. ibiq; Dd. Wesenb. ff. ne quis eum qui in jus voc. n. 1.* Eximere autem is dicitur non tantum, qui vi manibusq; eripuit, sed etiam is, qui per dolum moram fecit, quo minus in jus iretur, dum triste aliquid nunciat ad iudicium profecturo l. 1. ff. de eo per quem fact. erit, & c. ibiq; Wesenb. Kremb. d. §. 12. n. 40. Poena eximentis est, ut actori non saltem condemnentur in id quod in veritate est; sed insuper quanti ea res ab actore fuerit æstimata, l. penult. §. 1. ff. ne quis eum qui in jus voc. Sunt tamen certi casus quibus actio hæc vires suas quoq; amittit. I. Si exempta fuerit persona, quæ sine venia in jus vocari non potuit, l. 2. ff. de in jus voc. l. 1. §. ult. ff. ne quis eum qui in jus voc. II. Si quis eum exemerit, qui aliò quam quo debuerat, in jus vocabatur, l. 2. ff. eod. 3. Si quis exemerit vocatum ad iudicem pedaneum, l. 3. §. 1. ff. eod. Harpr. d. §. 12. n. 39.

THESIS IX.

Ex contractu aliorum competit actio, quod jussu
(a) exercitoria (b) institoria (c) tributoria (d) de in rem verso. (e)

(a) Actio hæc datur ei qui cum filio familias vel servo contraxit, contra Patrè dominum vè, cujus jussu contractū est in solidū. Hoc est, ut vel de peculio, vel si peculium non est, aut non sufficit, de suo solidum præstare teneatur §. 1. *J. quod eum eo qui in al. potest. l. 1. ff. quod jussu. Kremb. d. §. 1. n. 1. Harpr. n. 1. Treutl. vol. 1. disp. 24. th. 13. Hæno. ad J. disp. 20. th. 5. lit. B. jussus autem præcedere debet. l. 1. §. 5. ff. quod jussu l. 25. §. 3. ff. de acquir. hered. si igitur dominus aut pater, non quidem*

quidem jubeat servum filiumq; contrahere, sed sciat tantum id
que patiatur, actioni huic locus minime est. *d. l. 1 §. 5. Kremb d. l. n.*
4. Harpr. d. l. n. 6. Wurmser. in nucl. jur. disp. 18. contr. 1. Jussus autē qua-
liscu nq; exaudiendus est, & quomodo cuncq; interpositus: sive te-
statō quis, sive per epistolam, sive verbis, sive nuncio, sive specialitē
in uno contractu jusserit, sive generalitē. Hinc idem statuendum
erit in eo qui contractum filij vel servi sigillaverit: cum sigillum
vim subscriptionis habeat. *Schurf. consil. 17. centur. 1. Moenoch. de*
presumpt. lib. 2. presump. 57. Wesenbec. d. §. 1. n. 6. Kremb. n. 3. Harpr.
n. 4. Hænon. d. l.

(b) Datur hæc actio ei qui cum magistro vel proma-
gistro navis, de rebus ad ipsius curam & magisterium perti-
nentibus, contraxit. *§. 2. J. quod cum eo qui in al. potest. l. 1. §. 5, §.*
7. §. 12. ff. de exerc. act. Treutl. vol. 1. disp. 24. tb. 6. Wesenb. ff. de exerc.
act. n. 5. Datur adversus exercitorem. Electio tamen nobis est, u-
trum exercitorem an verò magistrum navis convenire velimus. *l.*
2. §. 17. ff. de exerc. act. Ut enim exercitor sive dominus Prætoria: ita
Magister ex suo contractu, directa civili actione tenetur. *Wesenb.*
d. l. n. 5. Si tamen ab altero contrahens suum consecutus erit, cum
altero agi non poterit. *d. l. 1. §. 24. Kremb. §. 2. J. quod cum eo qui*
in al. potest. n. 13. Datur in solidum, adeo ut si plures navem exer-
ceant, cum quolibet eorum in solidum agi possit. *l. 4. §. 1. ff. eod.*
Notandum hic, quod si pecunia mutuò data sit in causam quæ ex
ptæpositione per consequens pendebat, non aliter in solidum ex-
ercitorem obligari, quam si creditor probaverit, se illam idoneo
loco & non ultra necessitatem petenti magistro reddidisse. *l. fin. ff.*
de exercit. act. ibiq; Dd. comm. Sichard. ad. rubr. C. de exere. act. Fa-
chin. lib. 2. controv. c. 76. Hænon. ad J. disp. 20. tb. 5. lit. G. In pecu-
niâ tamen minorenni, Ecclesiæ, vel civitati creditâ, probari oportet
in rem versam esse *Auth. hoc jus porrectum. in fin. C. de S. S. Ec-*
cles. Fachin. Hænon. d. l. Costal. ad. l. 27. ff. de reb. cred. Tandem
id quæritur, nùm quid exercitori quoq; adversus eos, qui cum ma-
gistro contraxerunt, contraria ex hoc contractu competat actio?
Neg. hoc enim auxiliò minime opus habet, cum civilibus actio-
nibus, aut ex locato, si merces intervenit: aut mandati, si non in-
tervenit, adversus magistrum experiri possit. *d. l. 1. §. 18. ff. de exere.*
act. Hænon d. l. Kremb. d. §. 2. n. 15. Harpr. n. 10.

(c) Datur

(c) Datur hæc actio omnibus qui cum institore, de rebus ad ipsius negotiationem pertinentibus, contraxerunt. l. 1. l. 5. ff. de Instit. act. Treutl. vol. 1. disp. 24. tb. 7 in pr. Etiam fidejussori, qui pro institore intervenit. d. l. 5. §. 16. Wesenb. §. 2. §. 7. quod cum eo qui in al. potest. n. 7. Kremb. n. 22. Institores vulgò semibarbarè nominantur factores: de quibus quæritur, an ex contractu tempore præpositionis celebrato, post finitum illud officium rectè conveniri possint? Aff. si suo etiã nomine se obligaverint. l. 7. §. 11 ff. ad SCium Maced. l. 67. ff. de procurat. Foerst. de act. disp. 6. tb. 9. Bachov. de act. disp. 8. tb. 11. Hænon. ad J. disp. 20. tb. 7. lit. D. Harpr. §. 2. §. 7. quod eum eo qui in al. potest. De eo quoq; non convenit, num actio institutoria ei accommodetur, qui sciens præponentem esse mortuum, cum institore contraxit? Aff. l. 17 §. 7 ff. de instit. act. Harpr. d. l. n. 17. Datur adversus eos, qui institorem præposuerunt. d. §. 2. ibiq; Dd. comm. sive domini sint an alij eorum nomine: ut tutores, curatores. l. 9. ff. eod. si modo jus præponendi habent. l. 7. §. 2. ff. eod. Kremb. d. l. Datur hæc actio in solidum. l. 5. in pr. ff. eod. & quidem ad hoc, ut quod institorem illo nomine dare facere oporteret, si cum eo civiliter ageretur, tanti præponens damnetur. d. §. 2. Treutler, d. l. in fin.

(d) Actio hæc conceditur creditoribus servi in merce peculiari sciente domino negotiantis. l. 1. §. 3. ff. de trib. act. §. 3. §. 7. quod cum eo qui in al. potest. adversus ipsius dominum, qui in illius merce pro rata cujusquè debiti distribuendâ dolo malo versatus est, l. 3. §. ult. cum ll. seqq. ff. eod. ad hoc, ut quanto minus tributum sit quam debuerit, prætet, l. 7. §. 1. ff. eod. d. §. 3. ibiq; Kremb. n. 1. Harpr. n. 1. Treutl. vol. 1. disp. 24. tb. 8. Wesenb. ff. de tribut. act. Foerst. de act. disp. 6. tb. 11. Hænon. ad J. disp. 20. tb. 5. lit. E.

(e) Actio hæc competit ei qui cum filio vel servo contraxit, l. 1. §. tot. tit. ff. de in rem vers. Datur adversus Patrem dominumvè, cujus negotium filius vel servus, sine ejus voluntate gessit, l. 5. §. 2. ff. eod. §. 4. §. 7. quod cum eo qui in al. potest, Kremb. ib. n. 26 Harpr. n. 7. Competit ad hoc ut dominus, patervè quantum in rem ipsius, versum esse appareat, vel de peculio, d. §. 4. vel si peculium non adest aut non sufficit, de suo præstare cogatur, d. §. 4. Treutl. vol. 1. disp. 24. tb. 12. in fin. Foerst. de act. disp. 6. tb. 13. In rem autem patris vel

vel domini versum intelligitur, quod vel necessario, vel utiliter
filius aut servus in rem seu utilitatem patris vel domini impende-
rit, *d. §. 4. l. 3. §. 1 ff. de in rem vers. ibiq. Wesenb. n. 4.* Ut tamen hæc
actio locum inveniat, non sufficit, in utilitatem Patris vel domi-
ni aliquid versum esse; sed requiritur, ut filius vel servus hoc ani-
mo negotium gesserit, ut in rem Patris vel domini verteret, *l. 7. §.
4. & 5. ff. de in rem vers.* Hinc exurgit quæstio, si forte servus vel
filiusfam. pecuniam acceperit, quasi in rem domini vel Patris ver-
surus, neque verterit, adeoque creditorem deceperit; num quid
creditori accommodetur hæc actio? *Neg. l. 3. §. 9. ff. eod. Hænon. ad
J. disp. 20. th. 5. lit. F. Duar. in comment. C. de in rem vers. Harpr. d. §. 4.
n. 10 Kremb. n. 30* Ulterius quæritur, an hæc de in rem verso actio
competat, si in rem patris vel domini versum sit, deinde versum
esse desierit? *Aff. l. 3. §. 7 §. 8. §. ult. l. 12. in pr. ff. de in rem vers. Hænon.
d. l. lit. F. Harpr. d. l. n. 11.* Ultimo notandum quamvis directa hæc
actio tantum de iis detur, qui sunt in potestate dominorum vel
parentum, *arg. t. l. ff. & C. quod cum eo qui in al. potest.* utiliter ta-
men extendi ad liberos homines, qui negotium in rem alterius
gesserunt, *l. fin. ff. de in rem vers. Kremb. d. l. n. 33.*

THESIS X.

Ex maleficio aliorum nascuntur, Actio noxalis in
servos, (a) & de pauperie, (b.)

(a) Actio hæc datur iis quibus à servo noxa data est, adver-
sus dominum, ut vel litis æstimationem sufferat, vel servum noxæ
dedat, *pr. t. J. de nox. act. l. 1. ff. eod.* Multum tamen interest in hæc
actione, num quid dominus sciat vel ignoret. Hoc quippe tan-
tum casu locum habet noxæ datio; illo dominus tenetur in soli-
dum, *l. 2. l. 3. l. 4. §. 2. ff. eod.* Quæri hic solet à Dd. utrum actio noxa-
lis, sicut adversus dominum servi, qui nocuit: ita quoq; adversus
bonæ fidei possessorem competat? *Aff. l. 28. ff. h. t. Kremb. §. 5. J. de
nox. act. n. 5. Harpr. ib. n. 7. Hænon. ad J. disp. 20. th. 6. lit. B.*

(b) Actio hæc datur domino vel etiam ei cuius interest da-
mnum non esse datum, *l. 2. ff. si quadr. paup. fec. dic.* Datur adver-
sus eum, qui eo tempore quo de damno quæritur dominus noxiæ
quadrupedis erat, *l. 1. §. 12. ff. eod.* Datur ad hoc, ut aut noxa re sar-
tiatur, aut quadrupes noxæ dedatur, *d. l. 1. in pr.* Certis tamen ca-

D

sibus

sibus in solidam damni aestimationem fit condemnatio. Ut si quadrupedem suam esse negaverit, *d.l. 1. §. 15.* aut alternativè condemnatus, & neutrum præstans ex re judicatâ conveniatur, *l. 29. §. 5. ff. de hered. petit. l. 6. §. 1. ff. de re judic.* Hodie noxiæ petitio non usurpatur, sed pauperies aestimatur arbitrio judicis, ex *ordin. Imp. c. 130. Wesenb. ff. b. t. n. 6. Treutl. vol. 1. disp. 18. tb. 2. lit. g.* Ut tamen hæc actio locum habeat, requiritur, pecus & proprio motu, *l. 1. §. 4. ff. b. t. & contra naturam generis sui, damnum dedisse, §. 1. si quadr. paup. fec. dic.* Si igitur gramina depascat, actio hæc locum non habebit. Qualis ergo actio dabitur? distingvendum: aut enim pecus dolo est immissum, aut sine dolo. Priori casu actioni ad exhibendum locus est, *l. 9. §. 1. ff. ad exhib.* posteriori casu actio in factum competet, *l. 15. §. 3. ff. de præscr. verb. Harpr. pr. t. 7. si quadr. paup. fec. dic. n. 8. & seqq.*

THESIS XI

Tertia actionum divisio à fine desumpta est, quod quædam sint rei persequendæ gratiâ comparatæ, quædam poenæ persequendæ, quædam mixtæ.

THESIS XII.

Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones: ut & actiones Personales ex contractu vel quasi provenientes, §. 17. J. de act. vide infra Th. 21.

THESIS XIII.

Poenæ tantum persequendæ gratia proposita est actio furti, (a) &c.

(a) Actio furti merè poenalis est sive in duplum sive in quadruplum agatur, ut res ipsa, singulari odio furum, in id non computetur, *l. 7. §. 1. ff. de condict. furt. §. fin. I. de oblig. quæ ex delict. nasc. ibiq; Schneid. n. 4. Kremb. §. 18. I. de act. n. 7.* Hæc actio omnibus omnino datur quibus interest, furtum factum non esse, §. 13. *I. de obl. quæ ex delict. nasc. l. 10. l. 11. ff. de furt. l. ult. C. eod.* Datur adversus furem, *t. t. ff. & C. eod.* Poena furti manifesti quidem olim erat quadrupli: nec manifesti dupli, §. 5. *I. de obl. quæ ex delict. nasc. l. 50. ff. de furt.* Verum postremis temporibus furtum capitale esse coepit, non tam ex constitutione Imperatoris Frederici
in §. fin.

in §. fin. tit. pace tenenda & ejus violatoribus. lib. 2. Feudor. tit. 27
 quam recentiori Caroli V. Sanctione: quâ prudenter cautum est, ut
 fures, qui semel deprehensi fuerint, præsertim in furto non mani-
 festo, & quod quinque florenos non excedit lenius: qui bis au-
 ter, severius, ultimoq; supplicio, pro differentiâ tamen sexus æta-
 tis, & loci consuetudine, puniantur, & ut plurimum laqueo su-
 spendantur: Utpote hæc de re diffusius agitur in dictâ Constitu-
 tione caularum criminalium Caroli V. artic. 157. & seqq. ibiq; in-
 suis notis Bernhard. Zieritzius. Wesenb. ff. de furt. n. 15. Bocer. class. 4.
 disp. 1. th. 89. Berlich. part. 5. conclus. 43. n. 12. & seqq. Hinc quæri so-
 let, an fur judicio legitime semel damnatus & strangulatus, si ru-
 pto laqueo vivus in terram deciderit, iterum strangulari debeat?
 Aff. Bocer. class. 4. disp. 1. th. 94. Haenon. ad I. disp. 18. th. 11. Dn. Ungebaur.
 exercit. 13. q. 5.

THESIS XIV.

Mixtæ actiones, h. e. rei & pœnæ persecutoriæ sunt
 actio vi bonorum raptorum, (a) Legis Aquiliæ, (b) Legati
 Pii, (c.)

(a) Actio hæc complectitur quadrupli persecutionem ejus,
 quod per vim ablatum est: ita tamen ut in hoc quadruplo & rei
 ipsius seu simpli persecutio, & pœna tripli contineatur. Unde
 per se patet mixtam esse, l. 1. l. 2. §. 13. ff. vi bon. rapt. §. 1. l. eod. §. 19. l. de
 ult. Datur autem omnibus omnino quorum interest rem per vim
 ablatam non esse, l. 2. §. 22. ff. vi bon. rapt. §. ult. l. eod. eorumq; here-
 dibus, l. 2. §. 26. ff. eod. intra annum in quadruplum, post annum
 in simplum, pr. l. l. eod. ibiq; Dd. Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 4. Datur
 adversus eum qui per vim rapuit. Imo & dominum, licet eo in-
 sciente familia damnum fecisse dicatur, l. 2. in pr. ff. h. t. penult. C. eod.
 datur quoq; adversus creditores per vim rem sibi obligatam rap-
 pientes, l. 3. C. eod. non tamen adversus eorum heredes, cum pœ-
 nalis sit, l. 2. §. fin. ff. eod. præter hanc actionem raptor tenetur etiam
 actione furti tam manifesti, l. 2. §. 26. ff. eod. l. 80. §. 3. ff. de furt. quam
 nec manifesti, l. 1. ff. vi bon. rapt. Dn. Ungebaur. exercit. 13. q. 9. Bachov.
 ad Treutl. d. l. l. E. Arum. exercit. 17. th. 10. Ex quo tamen minimè
 sequitur, raptorem mitius puniri, Dd. alleg. Hodie ex Constitu-

D 2 lib. 2. tit. 2. de pœn. l. 1. §. 1. de pœn. l. 1. §. 1.

tionne Caroli V. artic. 126. ferè criminaliter ad poenam gladij agitur Trentl. d. l. in fin. ibiq; Bachov. Kremb. §. 19. I. de act. n. 9. Harpr. n. 24.

(b) Hæc actio trifariam consideratur. Interdum enim est in duplum, contra eum scil. qui inficiatus fuerit se injuria damnnum dedisse, l. 23 §. 10. ff. ad L. Aquil. l. 4. C. eod. & tunc mixtam eam esse dubio prorsus caret: cum scil. rem & poenam complectatur. Interdum sive potius plerumq; est in simplum: & tum vel condemnatio sit, quanti res plurimi fuerit toto anno, vel quanti tempore damni dati: & illo quidem casu, cum res pluris æstimetur quam sit damnnum datum, etiam mixta est: hoc verò casu mixta non est. Atq; hoc est quod Imperator ait in §. 19. I. de act: (sed interdum & si in simplum quisq; agat &c.) quasi dicat: Legis Aquiliæ actio, si est in duplum semper est mixta: si est in simplum, interdum mixta est, eo scil. casu de quo jam egimus, Bachov. tract. de act. disp. 5 tb. 21. Harpr. §. 19. I. de act. n. 4. æstimatio tamen redigenda est non ad affectionem singularem ejus, qui damnnum passus est, sed ad commune arbitrium, l. 21. l. 33 ff. ad L. Aquil. Venit etiam hic omne interesse extrinsecum, h. e. omnis utilitas quæ ex re perempta percipi poterat, §. 10. I. de L. Aquil. Wesenb. ff. ad L. Aquil. n. 7. Kremb. §. 19. I. de act. n. 18. Datur hæc actio domino qui damnnum passus est, l. 11. §. 6 ff. ad L. Aquil. heredibus item & successoribus, l. 23. §. 8. ff. eod. Datur contra damnnum, injuriã dantem quicumq; ille sit, d. §. 19. sive per dolum, sive per latam culpam levem & levissimam datum sit, §. 3. I. de L. Aquil. l. 5. §. 1. l. 44. ff. eod. Kremb. d. l. dum modo corpore suo damnnum dederit §. ult. I. de L. Aquil. adversus heredes non datur, §. 9. l. eod. nisi lis fuerit cum defuncto contestata, l. unic. C. ex delict. defunct. in quant. hered. conven. vel ex eo heres locupletior sit factus, l. 23. §. 8. b. t.

(c) Actio quoq; hæc mixtam causam obtinet, duobus casibus: Primò si heres legatum piis locis relictum inficiatus fuerit. Deinde si tam diu solvere distulerit, dum in judicium vocaretur, §. 19. ibiq; Kremb. n. 20. Harpr. n. 5. §. 26. I. de action. Ex quo ipso satis patescit, mixtam eandem esse, quia in duplum adversus heredem vel alium, legatum piis locis relictum esse negantem, vel dicto modo solutionem ejus differentem, conceditur: cujus duplum
unum

unum simplum reipersecutio, alterum, pœna est. Pœna hæc locum quoq; habet, in legato relicto pro redemptione captivorum, & ad curam pauperum. Ratio fundatur in favore commiserationis. Est quippe casus admodum favorabilis, *l. 36. C. de donat. l. 21. ff. solut. matrim. Can. 15. caus. 12. q. 2.* adeo ut etiam res Ecclesiasticæ, quæ alias alienari prohibentur, pro redemptione captivorum distrahi & alienari possint. *d. can. 15. l. 21. C. de S. S. Eccl.* Sanè si heres ab Episcopo aut Magistratu semel atq; iterum jussus, nihilominus recuset legata pia exsequi, omnibus commodis ex testamento sibi delatis, privatur. *Nov. 121. cap. 12.* quam tamen pœnam, respectu aliorum legatorum heres non sustinet: nisi per annum integrum solvere distulerit, *Nov. 1. c. 1. §. 1. Auth. hoc amplius. C. de fidei. commiss. Harpr. d. l. n. 6.* Ubi contra *Castrens. Angel. & Jason.* notandum, non necessario requiri, ut ipsemet judex heredem aut executorem admoneat, sed sufficere, eos per literas aut nuncium publicum admoneri, *vid. Kremb. d. l. n. 26. Covaruy. in cap. si hered. n. 7. de testam. Bachov. tr. de act. disp. 5. tb. 22.* Claudat hæc quæstio: num quid heres, qui à principio inficiatus est legatum, à præstatione dupli liberetur, si postea pœnitentia ductus inficiationem revocet, legatumq; relicto esse fateatur? Id quod putamus: modò illa confessio facta fuerit antequam Ecclesia onus probandi in se suscepit, *Kremb. d. l. n. 27. & seqq. Harpr. n. 8.*

THESIS XV.

Quarta actionum divisio, à forma & modo petitionis desumpta est: quod actiones aliæ sint in simplum, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ in quadruplum, nec ulterius concipiantur, *§. 21. J. de act.*

THESIS XVI.

In simplum agitur, veluti Reivindicatione, ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, &c. de quibus actionibus partim supra egimus, partim infra adhuc agemus.

THESIS XVII.

In duplum agimus actione furti nec manifesti (a)
Legis Aquiliae (b) depositi ex quibusdam causis (c) Legati
pij (d) Servi corrupti (e.)

(a) vide Th. 13. (b) vid. Th. 14. lit. B. (c) vide infra Th. 27. lit. g. (d) vid. th. 14. lit. C. (e) Actio hæc servi corrupti domino competit §. 23. *f. de act.* Datur adversus eum cujus hortatu, svasu & consilio, servus alienus fugit aut contumax adversus dominum, aut quocunque modo deterior factus fuit. *l. 1. §. 4. l. 10. ff. de serv. corrupt.* quod ipsum intelligendum quoad mores & animum. Si enim corpore læsus fuerit, actioni L. Aquiliae locus est, *pr. l. f. de L. Aquil.* neque inter est, ut loquitur J. C. in *d. l. 1. §. 4.* si vè bonum fecerit malum si vè malum fecerit deteriolem: *Harpr. §. 23. f. de act. n. 3.* Datur igitur actio hæc in duplum, quanti servus vilior factus est, *d. l. 1. in pr. l. 9. §. 2. ff. eod.* si vè inficiatus quis fuerit si vè non, *l. 5. §. 2. ff. eod.* Venit quoque in eam destinatio rerum quas servus secum abstulit *l. 10. ff. eod.* ut sic omne damnum dupletur, rerum scilicet subreptarum, aut alio nomine contingens. *d. l. 10.* Exceptis delictis postea à servo commissis *l. 11. ff. eod. Kremb. §. 23. f. do act. n. 7.* Hodie servitute inter Christianos sublata, actio hæc parum utilitatis habet; utili tamen actione pro liberis corruptis parentes experiuntur, ut loquitur J. C. in *l. 14. §. 1. ff. eod. vid. Kremb. d. l. n. 8. Harpr. n. 5.*

THESIS XVIII.

In triplum una tantum actio est, puta Condictio ex lege ob majores sportulas. (a)

(a) Datur hæc actio reo, adversus actorem, qui per dolum malum plus debito in libello comprehendit: ut viatores majores sportulas auferrent. Competit in triplum ejus damni quod reus inde acceperit, ita tamen ut simplum in quo damnum datum est, in ipso triplo computetur. §. 24. *f. de act.* verum, cum de consuetudine hodiernâ viatoribus & nuncijs publicis, non habito respectu quantitatis in libello assignatæ, sed juxta distantiam itineris salaria præstentur; idcirco actio hæc ab aula recessit & correctæ est. *Ord. Camer. Imper. part. 1. c. 47. §. 5. So sol einen ieden. f. ason. §. 24. f. eod. n. 43. Joan. Faber. n. 5. Zasius. n. 5. Kremb. n. 11. Harpr. n. 4.*

THE-

THESIS XIX:

In quadruplum sunt Actio furti manifesti (a) metus causa (b) calumniæ sive de calumniatoribus (c) & conditio ex lege, constituta in executores qui ultra modum legitimum sportulas à reo exegerunt. (d)

(a) vid. *ib.* 13. (b) Actio hæc datur ei qui vim cadente in constantem virum passus est. *l. 7. l. 8. l. 9. ff. quod met. caus. l. 4. l. 9. C. eod.* aut metu gravi coactus quid fecerit vel non fecerit. *l. 1. ff. C. eod. Wesenb. ff. ibid. Kremb. §. 25. J. de act. n. 1. Færst. de act. disp. 7. th. 1. in pr.* Metum infamiæ hac actione minime comprehendimus. *l. 7. ff. eod. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 11. th. 4. lit. B.* Nec interest, sive quis in propriâ personâ, aut suorum liberorum, vel uxoris, metum passus fuerit. *l. 8. §. fin. ff. b. t. Wesenb. ibid. n. 3.* Datur adversus eum qui metum intulit sive unus sit sive plures. *l. 9. §. 1. ff. b. t.* sive aliquid traditum sit, sive vim patiens solummodo se obligaverit, *d. l. 9. §. 3.* Ubi tamen probe notandum, ut huic actioni locus sit necesse esse, rem & promissam & solutam esse propter metum. Si enim per metum promissa tantum, sponte autem soluta fuerit, tunc metus purgatus est. *l. 2. C. b. t. Kremb. d. l. n. 8.* Datur etiam contra Tertium possessorem: *l. 14. §. 3. ff. eod.* hic quippè etiam delinquere videtur. Delinquit autem non statim ab initio, sed tunc incipit hoc facere, cum conventus de eo, quod ex metus causâ consecutus est, id vim passo non restituit. Pulchrè *Donell. lib. 15. comm. c. 38. Treutl. d. l. th. 5. lit. A.* Hinc est quod actio hæc personalis in rem scripta dicatur, vide pulchrè differentem *Wesenb. d. l. n. 4.* Competit in quadruplum, si metum inferens intra annum non restitua t. Quadruplatur autem, res ipsa cum fructibus & omni causa *l. 14. §. 1. C. §. 3. ff. b. t.* ubi duplici sententiâ opus est. *Wesenb. d. l. n. 6. Kremb. d. l. n. 16.* Addimus controversiam: An juramentum à latrone vi extortum sit servandum? Juramentum tale, tam de jure Canonico, *c. 22. caus. 22. q. 4. c. 18. c. 28 X. de jure jurand. c. 58. de R. J. in 6.* quam civili, *Auth. Sacramenta puberum C. si. advers. vendit.* nullum esse putamus. *Donel. l. 21. comm. c. 13.*

(c) Actio hæc datur illi, qui ab aliquo calumniam passus est. *l. 3. §. 3. ff. de calumniat.* heredi tamen non competit. *l. 4. ff. eod.* Datur adversus eum, qui, ut calumniæ causâ alicui in iudicio negotium

tium

tiuum faceret, vel non faceret, pecuniam accepit, *l. 1. in pr. ff. eod.*
Etiam aduersus heredem in id quod ad eum pervenit. *l. 5. ff. eod.*
Datur intra annum in quadruplum eius pecuniæ, quæ in accepisse
dicetur: post annum, in simplum, *l. 1. ff. b. r.* Verum huic qua-
druplo inest simplum: ut scil. rei fiat restitutio, & pœna sit triplum
duntaxat, *l. 5. §. 1. ff. b. r. Wesenb. ff. ibid. Kremb. §. 25. l. de act. n. 18. &*
seqq. Harpr. n. 3.

(d) *Vide §. 25. J. de act.*

THESIS XX.

Quinta actionum divisio, à sui qualitate & natura
desumpta est: quod quædam sint bonæ fidei, quædam
stricti juris. (a)

(a) *§. 28. l. de act.* Dicuntur actiones bonæ fidei, non quod
aliæ sint actiones quæ dicantur malæ fidei: In omnibus enim con-
tractibus & actionibus bonam fidem considerari oportet, *l. 4. C.*
de obl. & act. Sed dicuntur bonæ fidei actiones, in quibus iudex
non ad certam summam adstrictus est: verum in quantum alteri
alterum ex bonâ fide, *b. e.* ex æquo & bono præstare oporteat, li-
beram æstimandi potestatem habet, *§. 30. l. de act.* Econtra actio-
nes stricti juris vocantur: in quibus iudex non liberam ex æquo
& bono iudicandi potestatem habet, sed verbis conventionis ad-
strictus esse cogitur: ut nec in plus, nec in aliud, quam verbis à
contrahentibus expressum est reum condemnare valeat. *arg. l. 7. ff.*
de negot. gest. l. 99. l. 126, §. 2. ff. de V. O. Harpr. §. 28. l. de act. n. 15. &
seqq. Bachov. tr. de act. disp. 6. tb. 13. Dn. Franzk. exerc. 13. q. 6. Ex
hisce Prima atq; præcipua, inter stricta & bonæ fidei iudicia, emergit
differentia: quod scil. in illis certa semper summa petitur, nec ju-
dici ab ea recedere licet. in his verò permittitur iudici æstimatio
ex æquo & bono, quamvis certi quid sit petitum. *arg. l. 7. ff. de ne-*
got. gest. §. 30. l. de act. Altera differentia est, quod in bonæ fidei
iudicijs veniunt fructus, usuræ & cæteræ accessiones à tempore mo-
ræ. *l. 32. §. 2. ff. de usur. in strictis à tempore interpositæ stipula-*
tionis. l. 3. C. de usur. l. 1. C. de condict. indeb. Trentl vol. 2. disp. 3.
tb. 3. lit. C. ibidemq; pulchrè Bachov. Kremb. §. 28, J. de, act. n. 61.
& seqq. Tertia est: quod stipulans fundum non consequitur
simul

simul fructus pendentes, nisi eorum quoque nominatim meminerit: emens verò fundum, eos consequitur, nulla licet fructuum facta mentione, l. 78. §. 1. ff. de V. S. l. 3. §. 1. l. 13. §. 10. ff. de act. empt. Harpr. d. l. n. 19. Quarta est, quod dolus contractum bonæ fidei ipso jure nullum reddit: strictum non item, l. 7. ff. de dol. mal. quod intelligimus de dolo contractui dante causam, non incidente, l. 3. §. ult. ff. pro soc. l. 36. ff. de V. O. Harpr. d. l. n. 20. Umm. ad proc. judic. disp. 8. h. 5. n. 32. Petr. Gregor. lib. 21. Syntag. jur. c. 2. §. 13. Bronchorst. cent. 1. évavrio Φαυῶν assert. 57. Arum. exerc. 14. th. 6. Gaill. lib. 2. obs. 2. n. 6. Quinta est: quod in judiciis bonæ fidei veniunt ea, quæ sunt moris & consuetudinis, etiam non expressa in contractu: in strictis ea tantum de quibus partes in judicio expressè egerunt, l. 31. §. 20. ff. de Edil. edict. Harpr. d. l. n. 48. Kremb. n. 70. Sexta est: quod in actionibus bonæ fidei affectus ratio habetur: non item in stricti juris, l. 54. ff. mandat. Cui consequens est, in bonæ fidei judiciis ex ipsarum natura jurari in litem non item in stricti juris judiciis, l. 5. ff. de in lit. jurand. Harpr. d. l. n. 51. Septima est: quod re deteriore restituta, actiones bonæ fidei adversus debitorem non extinguuntur: quia de damno conveniri potest, l. 3. §. 1. ff. commod. l. 1. §. 16. ff. deposit. Sæcuse res habet in stricti juris actionibus l. 7. §. 3. ff. de dol. mal. l. 7. C. ad exhibend. Octava est: quod judex ratione suspicionis debitorem in actionibus bonæ fidei, ad diem vel sub conditione obligatum, coardare potest, ut & ante diei vel conditionis adventum, cautionem de solvendo debito sua die exponat: licet ei invenire fidejussorem difficillimum sit, l. 41. ff. de judic. Sed in stricti juris actionibus debitor ad interponendam cautionem adigi nullo modo potest, nisi fidejussorem quarere non sit laboriosum, l. 41. ff. de judic. l. 2. in pr. ff. solut. matrimon. §. c. Harpr. d. l. n. 53. De aliis differentiis videri possunt Dd. Differentia autem hæc ne jure quidem Canonico sublata est, c. 3. X. de caus. posses. & propriet. c. ult. X. de deposit. c. 6. vers. ad hac X. de except. Kremb. §. 28. §. 7. de act. n. 31. & seqq. Harpr. n. 54. & seqq. Hænon. ad §. disp. 21. th. 1. lit. A. Foerst. de act. disp. 1. th. 4. lit. C. Num quid autem præter septendecim actiones ab Imperatore in §. 28. §. 7. de act. enumeratas, etiam aliæ adhuc, quæ bonæ fidei sint, inveniuntur, Dd. controversant? Et nullas alias dari putamus, videatur Foerst. d. l.

E

lit. C₃

lit. C. Arum. exerc. 18. q. 13. Bachov. tr. de act. disp. 6. tb. 3. Gerhard. exercit. 18. q. 7. Henon. d. l. lit. A. Harpr. d. l. n. 71. & seqq.

THESIS XXI.

Bonæ fidei actiones sunt subsequentes: Actio Empti (a) Venditi (b) Locati (c) Conducti (d) Negotiorum gestorum (e) Mandati (f) Depositi (g) pro Socio (h) Tutelæ (i) Commodati (k) Pignoratitia (l) Familiæ herciscundæ (m) Communi dividundo (n) Præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur (o) Ea quæ ex permutatione competit (p) Hereditatis petitio (q) & actio ex stipulatu pro dote competens (r.)

(a) Actio hæc soluto pretio, l. 19. ff. de contrab. empt. aut si alio modo venditori satis factum fuerit, l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. l. 53. ff. de contr. emt. §. 42. f. de R. D. competit emptori e jusq; heredi l. 1. i. in pr. ff. de act. empt. Utilis exem pto actio competit etiam Domino, quando procurator ex re vel mandato domini rem comparavit, l. 13. §. 25. ff. de act. empt. Schneid. §. 28 de act. ex empt. n. 1. f. de act. Datur adversus venditorem ejusq; heredes, ut rem venditam, ejusque possessionem vacuum, una cum fructibus, & omni causâ à tempore contractus perce præ, tradat, l. 2. §. 1. l. 3. l. 11. §. 13 ff de act. empt. Wesenb. ibid. n. 4. Treutl. vol. 1. disp. 28. tb. 4. lit. G. ibiq; Bachov. & vol. 2. disp. 20. tb. 4. lit. D. Rimer. dec. 10. q. illust. 10. Harpr. §. ult. f. de empt. & vend. n. 309. & seqq. Quod si res vitiosa tradatur, siquidem de vitio certior factus emptor, non fuisset empturus, ad redhibendum etiam empti judicio agit, l. 11. §. 3. ff. de act. empt. sin alias emisset, & uterq; rei vitium ignorarit, quanto minoris emisset, vitio rei cognito, petet; quod si sciens venditor vitium astute celavit, quicquid damni ejus fraude accidit, præstare cogetur, l. 13. in pr. ff. eod. Quod si res non vitiosa, sed falsa commendatione plurius justo vendita sit, in id ageretur, ut quanto plurius res emptæ est, reddatur, d. l. 13. §. 4. Wesenb. d. l. n. 5. Harpr. d. l. n. 321. De eo disquirunt Dd. num quid venditor præcisè ad rem tradendam obligatus sit, an verò præstando interesse liberetur? Prius communiter ferè obtinuit, l. 11. §. 2. ff. de act. empt. §. 1. f. de empt. & vendit. §. 2. f. de donat. Duar. ad t. C. de act. empt. Scharf. ad rubr. C. de contrab. empt. Anton. Faber lib. 6. conjectur. s. 17. Bocer. class. 2. disp. 3. tb. 69. Coras. lib. 2. Miscell. jur.

*jur. Civ. c. 3. n. 7. Harpr. pr. t. 7. de empt. & vend. n. 33. & seqq. Dn. Unge-
bauer exerc. 12. q. 4. Dn. Franzk. exerc. 11. q. 1. Tandem quicquid
dolo vel culpa venditoris abest, quicquid præstate æquum est,
quicquid pactis comprehensum, in hoc iudicium venit, l. 23. ff. de
R. J. l. 6. §. 1. l. 11. §. 1. ff. de act. empt. ibiq; Wesenb. n. 5. l. 72. ff. de contr. empt.
Perfectâ emtione periculum statim ad emptorem pertinet, §. 3. J. de
emt. & vendit. ibiq; Dd comm.*

(b) Actio hæc competit venditori ejusque heredi, adversus
emptorem ejusque heredem, ad ea consequenda, quæ ipsi emptor
ex æquo & bono præstare tenetur, l. 13. §. 19. ff. de act. empt. l. 2. §. ult.
ff. de oblig. & act. Veniunt autem in hoc iudicium in primis, pre-
tium, quanti res venit: item usuræ pretij post diem traditionis,
d. l. 13. §. 20. quod posterius tamen fallit, quando emptor nullos
fructus ex re vendita, utpote sterili, percipere potuit, l. 5. C. de act.
empt. ibiq; pulchrè Wes. ff. n. 7. Harpr. §. ult. J. de empt. & vend. n. 326.
Tandem agit venditor, ut merces si vè res emptas, aut emptor tol-
lat, aut id quod interest, præstet. l. 1. §. 3. ff. de peric. & comm. reivend.
item ut quicquid aut ex naturâ contractus debetur, aut nomina-
tim dictum conventumque fuit, expleat. l. 23. ff. de R. I. l. 6. §. 1. l. 72. ff. de
contr. empt. l. 6. §. 1. l. 13. §. 19. ff. de act. empt. ibiq; pulchrè Wesenb. n. 7. & 8.
Illud notandum: si emptor pecuniam non exsolvat, venditorem
rem venditam, pignoris loco retinere posse, d. l. 13. §. 8.

(c) Actio hæc datur locatori ejusque heredibus. l. 19. §. 8. ff. lo-
cat. conduct. si vè sit locator prædij alicujus, vel alterius rei vel operæ
d. l. 19. §. 9. l. 38. ff. eod. Hinc controversia oritur: An famulo, qui o-
peras suas anno locavit, si per valetudinem eas aliquandiu non ex-
hibuerit, integra merces debeatur. Aff. d. l. 19. §. 9. d. l. 38. Færst. de
act. disp. 5. tb. 9. lit. B. Datur adversus conductorem ejusque here-
dem. d. l. 19. §. 8. l. 29. C. eod. Schneid. §. 28. de act. locat. n. 8. J. de
act. Wesenb. ff. loc. conduct. n. 14. Harpr. pr. J. de locat. & conduct.
n. 43. Veniunt in hanc actionem mercedis persecutio, & ejus
post moram usura. l. 54. §. 1. l. 58. ff. b. t. hinc sequentes oriuntur
controversiæ. An merces locationis in pecunia tantum numera-
ta consistere debeat? Neg. sufficit enim quæcunq; res fungibilis.
l. 25. ff. b. t. l. 8. l. 21. C. eod. Wesenb. ff. b. t. n. 7. Treutl. vol. 1. disp. 29.
tb. 3. lit. G. Hackelman. q. illust. disp. 19. tb. 11. lit. E. Harpr. §. 2. J. de lo-
cat. & conduct. Dn. Ungebauer. exerc. 11. q. 5. An locator conducto-

rem antè exactum locationis vel conductionis tempus possit expellere, eamq; cogere ut rem restituat? *Neg.* regulariter. *d. l. 54. §. 1. ff. b. t.* certis tamen casibus expelli poterit. I. Si conductor pensionem sive mercedem justo tempore non exsolvat, *d. l. 54. §. 1. l. 56. ff. l. 3. C. eod.* II. Si conductor in re locata malè versetur. *d. l. 54. §. 1. d. l. 3.* III. Si locator proprijs usibus rem sive domum sibi necessariam esse doceat, *d. l. 3. C. b. t.* IV. Si locator ædes ruituras reficere & instaurare velit. *d. l. 3. C. eod. Dd. ad. pr. t. J. de locat. & conduct. comm. ibiq; Harpr. n. 64.* Ulterius veniunt in actionem hanc, rei locatæ finitò usu restitutio, *l. 48 §. fin. ff. locati. l. 25. C. eod;* quam si reddere noluerit aut corruptam reddiderit, quanti in litem juratum, aut in rem ipsam cum æstimatione ejusdem damnabitur. *l. 8. l. 48 §. 1. l. 57 ff. b. t. l. 34. C. eod. Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 6. lit. C.* Item damni dati dolo, culpa latà vel levi, reparatio. *l. 9. §. 3. & 5. l. 25. §. 6. ff. b. t. l. 23. ff. de R. J. Wesenb. ff. locat. conduct. n. 14.* Num quid igitur tenebitur conductor si domus igne conflagrarit? Nisi manifestis rationibus probatum fuerit, ipsius negligentia factum esse incendium, non tenebitur. *l. 9. §. 3. ff. locat. Gaill. lib. 2. obs. 21. Mynsing. cent. 6. obs. 88. Rauchbar. part. 2. q. 10. Færst: de act. disp. 5. th. 9. lit. D. Harpr. pr. t. J. de locat. & conduct. n. 46.* De levissimà tamen culpà, *d. l. 23. ff. de R. J. l. 5. §. 2. ff. commod. ut & casu fortuito non tenetur. d. l. 23.* Interdum tamen levissima culpa, non ex natura locationis, sed ratione circumstantiarum aut pactionum præstanda venit, ut ab ijs qui pro custodia mercedem accipiunt. *l. 40. l. 41. ff. locat. vel si res natura suâ exactissimam diligentiam requirat, l. 25. §. 7. ff. b. t.* item à sarcinatore & fullone, & cæteris, qui tanquam artifices locant operas, & rebus recipiendis, custodiendis, reficiendisve quæstum faciunt, *l. 13. §. 5. & 6. d. l. 25. §. 7. & 8. ff. b. t. Wesenb. ibid. n. 15.* quandoq; etiam tenetur de casu fortuito: puta si eum nominatim in se receperit, *l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. ff. b. t.* Num quid autem Conductor casum fortuitum in se recipiens, etiam de insolito teneatur? *Aff. arg. d. l. 9. §. 2. ff. b. t. Fachin. lib. 1. contr. c. 86. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 6. lit. II. Harpr. §. 5. J. de locat. n. 15 & seqq.* Tandem ingreditur hanc actionem quicquid contra legem locationis factum fuerit, *l. 11. §. fin. l. 25. §. 3. ff. b. t.* Concludimus illà quæstione, An locatio post quinquennium vel decennium in emphyteusin transeat? *Neg. l. 39. ff. b. t. Rier. dec. ad. 11, q. 2. Gerbard. dec. 15. q. 3.*

(d) Actio

(d) Actio hæc competit conductori ejusq; heredibus, l. 1 §. 1. 19 §. 8 ff. locat. Datur adversus locatorem ejusq; heredem: ad hoc potissimum, ut sibi re conductâ uti frui licere præstet, aut interesse solvat, l. 7. l. 8. l. 9. l. 25. §. 1. l. 24. §. 4. l. 33. ff. b. t. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 7. lit. A. Ut domum locis necessariis reficiat, vel mercedem pro rata temporis remittat, d. l. 15 §. 1. l. 27. ff. b. t. ibiq; Wesenb. n. 16. Ut damna locatæ rei vitio contracta refundat. Modo vitium illud sciri potuerit, vel res tanquam ab artifice locata sit, atq; ita sciri vitium debuerit, l. 19 §. 1. ff. b. t. Unde liquet, conductorem sumptus in rem conductam fructuum colligendorum causâ factos, repetere à locatore posse, quando ad perpetuam rei utilitatem facti sint, l. 55. §. 1. ff. b. t. Ruin. lib. 3. cons. l. 35. Rol. à Vall. lib. 1. cons. 28. Fachin lib. 1. contr. c. 85. Treutl. d. l. lit. C. Item expeditur conductor, ut ob rei locatæ interitum, sterilitatem, vimq; majorem, merces, vel in totum, vel pro parte, remittatur, l. 15. §. 2. §. 3. l. 25. §. 6. ff. b. t. l. 8. C. eod. ubi latissimè Sicbard. pulchrè Gaill. lib. 2. obs. 23. ubi ampliaciones & limitationes videri possunt. Non autem sicut ob sterilitatem pensio remitti, ita ob immodicam ubertatem augeri potest, d. l. 25. §. 6. ff. b. t. interim tamen pensio remissa peti valet, si anno sequenti ubertas contigerit, l. 15. §. 4. ff. b. t. l. 18. C. eod. Treutl. d. l. lit. E. & F. An autem sumptus metatorum nomine factos, locator conductori restituere teneatur, quæstionis est? Aff. l. 9. C. de metat. facit, quod metatorum præstatio onus reale sit, & non propter personam conductoris, sed ipsius domus gratia fiat, Fibig. semidecade. 11. q. 3.

(e) Actio hæc duplex est: una Directa, altera Contraria, §. 1. 7. de oblig. quæ quas. ex contract. l. 20 ff. de negot. gest. Directa datur domino rei gestæ ejusq; heredi, l. 3. §. 7. ff. b. t. Datur adversus ipsum gestorem, ejusdemq; heredem, d. l. 3. §. 7. Competit ad hoc, ut gestionis sive actus sui rationem reddat: quodq; ex negotio Domini percepit lucri & commodi, hoc omne ei restituat, damnumq; quod dolo, culpâ latâ & levi datum est, resarciat, l. 2. l. 11. ff. b. t. Wesenb. ib. n. 10. De levissima tunc demum negotiorum gestor tenetur, si alius diligentior commodius erat negotia domini gesturus, §. 1. 7. de obl. quæ quas. ex contract. d. l. 11. ff. de negot. gest. l. 20 C. eod. Anton. Faber ad l. 11. b. t. Sicbard. ad l. 20. C. eod. Bocer, class. 3.

disp. 17. eb. 17. Petr. Gregor. in Syntag. lib. 20. c. 2. Treutl. vol. 1. disp. 10. tb. 6.
lit. D. Dn. Franzk. exer. 11. q. 7. ibiq; Fibig. imo aliquando nec quidem
levis culpa præstatur, d. l. 3. §. 9. De casu fortuito nullatenus tene-
tur, l. 23. ff. de R. J. Nisi vel tale negotium suscipiat, quod non so-
litus erat gerere dominus, l. 11. ff. b. t. Vel si casui fortuito causam
præstiterit, arg. §. 2. J. quib. mod. re contrah. oblig. Vel speciali pacto
casum fortuitum in se receperit, l. 22. C. b. t. Harpr. d. §. 1. n. 63. Quæ-
ri hic solet, an correo qui totum debitum solvit, adversus cor-
reum negotiorum gestorum actio competat? Neg. arg. l. 60. §. 1. ff.
mandat. Harpr. d. l. n. 71. & seqq. Contraria negotiorum gestorum
actio datur ipsi gestori, contra dominum, si ab initio ejus fue-
rint negotia, sive ex post facto effecta sint, l. 6. §. 9. ff. b. t. l. 50. ff. man-
dat. Competit ad præstandum id, quicquid gestionis ratione ille
utiliter impendit, vel amisit, l. 2. l. 19. §. 4. l. 25. l. 27. l. 45. ff. b. t. l. 10. l. 18.
C. eod. Wesenb. ff. b. t. n. 11. Treutl. d. l. tb. 6. Harpr. d. l. n. 79. &
seqq.

(f) Actio hæc itidem duplex est: Directa & Contraria. Di-
recta datur mandatori ejusq; heredibus, §. 10. J. de mandato, l. 27.
§. 3. ff. eod. Competit adversus mandatarium & heredes ejus, ad
id quod interest, l. 6. §. 4. l. 8. §. 6. ff. b. t. puta si mandatum non sit
impletum, d. l. 27. §. 2. vel perperam, aut extra fines præscriptos
gestum, l. 5. §. 4. & 5. ff. b. t. §. 8. J. eod. Wesenb. ff. b. t. n. 10. vel si
quid dolo, culpa lata, levi & levissima admissam sit, l. 13. l. 21. C.
mandat. Wesenb. d. l. Gaill. lib. 1. obs. 45. n. 4. & 5. Donell. l. 13. comm.
c. 11. ibiq; Hillig. ad lit. D. & E. Treutl. vol. 1. disp. 27. tb. 7. lit. C. ibi-
que Bachov. Harpr. §. 8. J. de mandat. n. 21. & seqq. Færst. de act. disp.
5. tb. 11. lit. D. Arum. exerc. 15. tb. 10. Deniq; in hoc agitur, ut præ-
stet mandatarius quicquid ex mandato aut ejus occasione ad illum
pervenit, l. 8. §. fin. l. 10. §. 8. ff. b. t. unà cum fructibus & usuris.
d. l. 10. in pr. §. 2. & 3. Wesenb. d. l. n. 10. Illud notandum, condem-
natum ex hæc actione, infamiam subire, l. 6. §. 5. ff. de his qui not.
infam. l. 8. §. 9. ff. mandat. §. 2. J. de pœna temerè litig. Treutl. d. l. lit.
D. Contraria actio datur mandatario ejusq; heredi, adversus man-
dantem ejusq; heredes, ad repetendum omne id, quod ex manda-
to sibi abest, l. 12. §. 7. & 9. l. 54. §. fin. ff. mandat. si videlicet quid
sumptus

sumptus in exsequendo mandato fecit. *d. l. 12. §. 9. l. 10. §. 9. ff. eod.*
Forst. d. l. in fin. Wesenb. d. l. n. 11. Duas subjicimus quaestiones I. An
delictum mandans poenam eadem, quam mandatarius affici debeat?
Aff. arg. l. 7. §. ult. ff. de jurisdict. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit.
§. 11. J. de injur. l. 11 §. 3. ff. eod. l. 15. §. 1. ff. ad L. Corn. de sicar. Petr.
Fridr. Mindan. de proces. lib. 3. c. 16. Harp. §. 7. J. de mandat. n. 9. &
seqq. Arum. exerc. 15. th. 8. II. Utrum mandans hominem vulne-
rari, & protestans prohibensq; disertè ne occidat, si eum mandata-
rius occiderit, ordinaria L. Corneliae de sicarijs poena teneatur? Neg.
arg. l. 7. C. ad L. Cornel. de sicar. Fachin. lib. 1. controu. c. 36. Harpr. d. l.
n. 18. & seqq.

(g) Actio hæc itidem alia Directa alia Contraria est: Directa
deponenti, ejusdem heredibus cæterisq; successoribus *l. 1. §. 19. ff.*
deposit. singulis tamen proportionè hereditaria ut & reliqua jura
l. 2. C. de heredit. act. l. 6. C. fam. heredit. accommodatur. Datur
adversus depositarium ejusq; heredem in solidum: vel si plures sint,
in quemlibet eorum pro ea parte, quam heres est. *l. 7. §. 1. ff. deposit.*
Nisi res divisionem non recipiat: quo casu quilibet in solidum, sed
in condemnationem pro ea parte, qua heres, convenitur. *l. 22. ff.*
b. t. Duar. ff. b. t. c. 4. Wesenb. ff. ibid. n. 9. Competit ad hoc ut rem
depositam quocunq; etiam tempore *l. 1. §. 45. ff. b. t.* vel ejus præ-
tium. *d. l. 1. §. fin.* restituat: venit in eam fructus & omnis causa *d. l. 1.*
§. 24. item dolus & lata culpa. *l. 32. ff. b. t. l. 23. ff. de R. J. §. 3. J.*
quib. mod. re contrab. oblig. Planè hæc actio si intentetur & depo-
sitarius rem apud se depositam esse, in litè inficietur: si tumultus,
incendij, ruinæ, naufragij causa res deposita sit: convictus in du-
plum condemnatur, non etiam ejus heres; nisi & de illius dolo
quaestio sit. *l. 1. §. 1. & seqq. l. 18. ff. b. t. §. 17. J. de act.* hæc insuper a-
ctio eo gaudet privilegio, ut eam intentans omnibus creditoribus
præferatur. *l. 7. §. 1. ff. depositi.* nullaq; compensatio, deductio, vel
doli aut alterius generis exceptio eam excludat. *l. penult. C. b. t. l. fin.*
C. de compensat. Arum. exercit. 12. q. 16. Andr. Gerhard. dec. 13. q. 2.
imò suo nomine conventus & condemnatus, infamia notatur. *l. 1.*
ff. de his qui not. infam. Wesenb. ff. b. t. n. 15. Treutl. vol. 1. disp. 26. th.
ult. lit. F. Contraria actio datur depositario ejusq; heredi, *l. 5. ff.*
depo-

deposit. Competit adversus deponentem ejusq; heredem: ad recuperandos sumptus in rem necessariò & utiliter erogatos *d. l. 5. l. 12. ff. b. t. Wesenb. d. l. n. 16. Treutl. d. l. lit. G.* non autem ut indirecta, ita & in hac actione in litem juratur: *d. l. 5. in pr.* quare nec famam notat *Wesenb. d. l.*

(b) Actio hæc ex utraq; parte directa est. Daturq; plurimum absolutâ societate, non nullis etiam in casibus eâ durante, *l. 65. §. 15. ff. pro socio,* singulis socijs, contra singulos, cum par sit omnium conditio & causa: item horum heredibus & in heredes. *l. 63. §. 8. ff. b. t. Treutl. vol. 1. disp. 27. tb. ult.* Competit ad hoc, ut commoda, lucra omnesq; societatis res dividantur, *l. 45. l. 65. §. penult. ff. b. t. ut pactioes societatis serventur, l. 52. §. 7. l. 69. ff. b. t. id quod interest præstetur, l. 47. ff. eod. si vel intempestivè renuntiatum sit societati, l. 14. ff. eod. ut societatis jam dissolutæ lucra percepta inter heredes communicentur, l. 63. §. 8. ff. b. t. Wesenb. ff. *ibid. n. 12.* Actio tamen hæc adversus socium non quidem in solidum datur sed quatenus socius facere potest. *l. 63. ff. b. t. Venit in eam dolus culpa lata & levis, l. 26. l. 52. §. 1. & 2. l. 72. ff. b. t. §. ult. ff. eod. l. 23. ff. de R. J. Færst: de act. disp. 5. tb. 10. lit. E.* Actio hæc etiam famosa est. *§. 2. J. de pœnâ temere litig. Donell. lib. 11. comm. c. 13. Treutl. d. l.* Subnectimus sequentes quæstiones I. Cum frequenter eveniat, ut unus solam pecuniam, & operæ nihil: alter solam operam, & nihil pecuniæ in societatem conferat: controversitur, si pecunia casu fortuito interierit, utrum damnum solius sit illius, qui pecuniam contulit, an commune sit, & pro ratâ parte, ad eum qui operam præstitit, spectet? Damnum solius pecuniam conferentis esse, æquior sanè sententia est. *arg. l. 9. C. de pignor. act. Gaill. lib. 2. obs. 24. Fachin. lib. 2. contr. c. 95. Harpr. ad §. 1. & seqq. J. de societ. n. 20. & seqq. Arum. exerc. 15. tb. 3. Hænon. ad l. disp. 17. contr. 3* II. Num quid fors sive pecunia, quam unus societati intulit, communis fiat, & cum altero sociorum, qui solam operam præstitit, finita societate dividi debeat? Non putamus. *vid. Gaill. lib. 2. obs. 24. Fachin. lib. 2. contr. c. 94. Hackelm. disp. 9. tb. 19. Harpr. d. §. 1. & seqq. J. de societ. n. 26. & seqq. Andr. Gerhard. dec. ad. 15. q. 9. Hænon. d. disp. 17. contr. 20**

(i) Hæc

(i) Hæc actio etiam Directa alia, alia Contraria est. Directa datur pupillo, finita demum tutelâ adversus tutorem: ad hoc, ut administrationis suæ rationem reddat. *S. ult. J. de Attil. tutor. l. 1. in pr. S. 3. S. fin. l. 4. l. 9. S. ult. l. 10. l. 13. l. 18. ff. de tutel. & ration. distrab. l. 9. C. arbitr. tut. Treutl. vol. 2. disp. 9. th. 5. lit. B.* Hodie tamen ex Constitutione Politicæ Caroli V. Imperatoris, in comitijs Augustanis, *40. 1548.* celebratis, promulgatâ & in comitijs Francofurtensibus, *40. 1577.* à Rudolpho II. auctâ & confirmatâ, utiliter sancitum est; ut ad requisitionem Magistratus tutores singulis annis administrationis reddere rationem cogantur. *Harpr. S. 2. J. de obl. que quasi ex contract. nasc. n. 10.* Competit ad id quod interest, *l. 7. in pr. ff. de administr. tutor. l. 4. C. arbitr. tutel.* item ad præstandas uluras, si tutor fortè pecuniam pupillarem in proprios usus converterit *d. l. 7. S. 4 ff. de administr. tutor. Treutl. d. l. lit. B.* An vero tutor ad reddendam pecuniam pupilli, antequam reddat rationem administrationis suæ, cogi possit, quæstionis est? Non putamus. *vid. Fachin. lib. 8. contr. c. 58.* Venit in hanc actionem dolus, lata & levis culpa, non item levissima. *l. 4. l. 7. C. arbitr. tutel. Donell. lib. 15. comm. c. 20. ibiq. Hillig. lit. B.* Contraria datur tutori contra pupillum, de his quæ ei propter tutelam absunt. *l. 1. S. 1. ff. de contrar. tutel. act.* dum modo ex officio sumptus fecerit, vel obligatus sit. *S. 2. J. de obl. que quasi ex contract. l. 5. S. 1 ff. de obl. & act. l. 1. l. 3. S. 1. ff. de contrar. tutel. act. Donell. lib. 15. comm. c. 21. Harpr. d. l. n. 15.* Claudat quæstio, Num quid tutor ob latam culpam remotus fiat infamis? *Neg. S. 6. J. de suspect. tut. Hackelm. disp. 15. th. 21. lit. B. Forman. ad J. disp. 7. th. 17. lit. E. Harpr. S. 6. J. de suspect. tut. n. 2. & seqq. Arum. exerc. 3. th. 23. Bronchorst. cent. 3. évavno Pavov assert. 19. Dn. Franzk. exerc. 3. q. 8. Dn. Ungebauer. exere. 4. q. 17.*

(k) Actio hæc Directa alia, alia contraria. Directa datur commodanti (licet fur sit *l. 16. ff. commod.*) ejusq; heredi *l. 1. ff. h. t.* Datur adversus commodatarium ejusq; heredem pro parte qua heres nisi ex facto ipsius agatur, quo casu & ipse tenetur in solidum. *l. 3. S. 3. l. 17. S. 2. ff. h. t.* datur etiam adversus patrem vel dominum commodatarij peculiotenus *d. l. 3. S. 4. & 5.* etiam adversus pupillum locupletiozem utiliter. *d. l. 3 in pr. & tandem adversus eum qui commodato aliter utitur quam convenit l. 5. S. 8. h. t. Treutler. vol. 1. disp. 24. th. 2. lit. Dd.* competit ad hoc ut usu finito aut tempore præscri-

F

pt9

pto elapso res integra reddatur. §. 2. *J. quib. mod. re contrab. oblig.*
 Verum poterit ne commodator finito tempore nec dum tamen
 impleto usu rem à commodatario repetere? Putamus. *Vide Costal.*
ad. l. 5. ff. b. t. Matth. Stephan. cent. 3. q. 30. Si deterior res commo-
 data facta sit id quod interest præstatur. *l. 3. §. 1. ff. b. t.* Si res in to-
 tum perempta sit æstimatio petitur. *l. 17. §. ult. ff. b. t.* in æstimatio-
 ne autem petenda, tempus rei judicandæ inspicitur. *l. 3. §. 2. ff. b. t.*
l. 3. §. 3. l. 21. §. 3. ff. de act. empt. Donell. ad l. 3. ff. de condi. tritic. Bronch.
cent. 2. ἐναυτιοφαιών. assert. 19. Bocer. clas. 2. disp. 9. tb. 23. Harpr. §. 2.
J. quib. mod. re contrab. oblig. n. 43. & seqq. Venit in hanc actionem
 dolus & omnis culpa, quia regulariter accipientis culpâ contrahi-
 tur, *l. 23. ff. de R. J. l. 5. §. 2. & §. 9. l. 18. ff. commod.* nisi aut utriusq; gra-
 tiâ *d. l. 18.* aut solius commodantis *d. l. 5. §. 10. l. 12. ff. b. t.* Inicus sit
 contractus *Harpr. d. §. 2. n. 23. & seqq.* casus fortuitus non præstatur.
 §. 2. *J. quib. mod. re contrab. oblig. d. l. 5. §. 4.* nisi ex morâ, *arg. l. 5. ff. si*
cert. petat. pacto l. 1. C. commod. l. 23. ff. de R. J. ubi & generale sufficit.
Harpr. d. l. n. 35. & seqq. aut si res æstimata fuerit. *d. l. 5. §. 3. ff. commod.*
Treutl. d. l. tb. 3. Compensatio in actione hâc locum minimè habet
l. ult. C. commod. arg. §. 30. J. de act. l. fin. C. de compensat. Hillig. in Donell.
enucl. lib. 16. c. 15. lit. X. Schifordegber. lib. 1. tr. 2. q. 2. & seqq. Bronch. cent.
2. ἐναυτιοφαιών assert. 42. Harpr. d. §. 2. n. 51. & seqq. Bocer. clas. 2. disp. 9.
tb. 19. Arum. exerc. 12. th. 13. Contraria actio datur commodatario
 & eius heredibus adversus commodatorem ejusq; heredes. *t. t. ff.*
& C. commod. ad petendum scil. quod sua interest. Interesse autem
 tria complectitur: liberum rei commodatæ usum, *l. 17. §. 3. ff. b. t.*
 restitutionem damni quod per causam commodati contigit. *l. 18.*
§. 3. ff. b. t. præstationem impensarum quas in rem commodatam
 fecit commodatarius. *d. l. 18. §. 2. Wesenb. ff. ib. n. 11. Treutl. d. l. tb. 4.*
Harpr. d. §. 2. n. 66. & seqq. Quæstionem subjungimus: num quid is
 qui utendum accepit, etiam de damno ab alio dato, teneatur?
 Post Hottomannum *lib. 4. obs. 12. Treutl. d. l. tb. 2. in fin.* putat juris ve-
 teris authores inter se invicem dissensisse. Julianum in *l. 19. ff. com-*
mod. indistinctè negasse. E contra Ulpianum & Marcellum in *l.*
41. ff. locati. affirmasse, Verum præfatos Ictos à se invicem planè
 non dissensisse, pulchre demonstrat *Bachov. ad Treutler. d. l.*

(l) Actio hæc Directa alia, alia contraria. Directa datur debi-
 tori qui rem oppignoravit ejusq; heredi, *t. t. ff. & C. de pignorat. act.*
nec.

nec interest an propria sive aliena res oppignorata sit, l. 9. §. 4 ff. b. t. hoc tamen necesse est, ut pecunia soluta sit: quia omnis pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine voluntati creditoris satisfactum, ut nascatur pignoratitia actio, d. l. 9. §. 3. l. 10. l. 11. l. 24. §. 1. l. 33. ff. eod. aut certe per creditorem stetisse quo minus pecunia solvatur. Wesenb. ff. ibid. n. 7. Treutl. vol. 2. disp. 1. th. 10. lit. B. Foerst. de act. disp. 5. th. 7. lit. C. Est tamen casus quo & ante solutionem recte agitur pignoratitia. Puta si debitor in judicio pecuniam offerat, tunc & rem oppignoratam, & quod sua interest, consequi debet. d. l. 9. §. fin. Treutl. d. l. lit. B. Datur adversus Creditorem, cum quo est contractum & qui pignus possidet, l. 11. C. b. t. aut adversus ejus heredem, non item adversus tertium rei possessorem. l. 27. ff. b. t. l. fin. C. de distract. pignor. Negusant. de pignor. p. 7. membro 2. n. 1. & seqq. Treutl. d. l. lit. D. Competit ad hoc, ut res restituatur l. 40. §. fin. ff. b. t. unâ cum fructibus, quos creditor non lucratur, sed vel restituere volente debitore cogitur, vel imputare in sortem. l. 22. §. 2. l. 1. C. de distract. pignor. l. 9. C. de pignor. Wesenb. d. l. n. 7. Treutl. d. l. lit. F. Venit in eam dolus & culpa, §. ult. ff. quib. mod. re contrah. obl. Contraria actio pignoratitia datur creditori ejusq; heredi, adversus debitorem ejusq; heredem l. 16. §. 1. ff. de pignor. act. ad id consequendum, quod sibi pignoris nomine probabiliter abest. l. 8. l. 32. ff. b. t. veluti, si in conventionem pignoris deceptus sit, l. 1. §. 1. & 2. l. 2. l. 36. ff. b. t. Si damnum passus sit creditor ex pignore, ut debitor resarciat. l. 31. ff. b. t. Si impensas necessarias in pignore fecerit, ut debitor refundat. l. 8. ff. b. t. Negusant. d. tr. de pign. p. 7. memb. 3. n. 13 & seqq. Wesenb. d. l. n. 8. Treutl. d. l. lit. J. Duar. tit. de pignor. act. c. 9. Foerst. d. l. lit. E. Harpr. §. 4. ff. quib. mod. re contrah. obl. n. 313. & seqq. Bachov. in tr. de pignor. lib. 3. c. 9. Rem alienam pignori dari non posse liquidum est, l. 2. ff. de pignor. act. l. 6. l. 7. C. si aliena res pign. data sit. Hinc acerrimè desudant interpretes: an, si dominus rei, fiat heres debitoris, id est, eius, qui rem domini obligavit, pignus quoq; convalescat, ita, ut creditori hypothecaria saltem utilis adversus dominum rei pignoratæ concedatur? Affirmare videtur Modestinus in l. 22. ff. de pignor. Negare Paulus in l. 41. ff. de pignor. act.

(m) Actio hæc datur coheredibus quocunq; modo sive ex testamento, sive ab intestato heredes sint. l. 1. l. 2. ff. fam. ercisc. quorum vel unus arbitrium familiæ herciscundæ petere cæteris invitis potest,

test, l. 43. ff. b. t. Num quid autem directa hæc actio bonorum possessori concedatur, controvertunt inter sese Interpretes? Affir. per text. in l. 2. §. 1. ff. b. t. Bocer. clas. 3. disp. 18. tb. 31. Harpr. ad §. 3. & 4. J. de obl. quæ quasi ex contr. nasc. Datur & adversus coheredes, sine causa rerum hereditariarum divisionem denegantes, ad hoc, ut res hereditaria, quamvis aliena l. 10. ff. b. t. dividantur, & personalia præstentur. l. 22. ff. b. t. l. 19. C. eod. Wesenb. ff. ibid. n. 5. In hoc iudicio quilibet heredum, & actoris, & rei partes subit, l. 2. §. 3. l. 44. §. 4. ff. b. t. Sed magis tamen obtinuit, eum haberi pro actore, qui ad iudicium primo provocavit. l. 13. l. 29. ff. de iudic. Quæri hic solet, num quid familiae eriscundæ actio præscriptione triginta annorum tollatur? Neg. arg. l. 1. ff. b. t. Fachin l. 6. controuv. c. 36. Bronchorst. cent. 2. évavtio-Φανών. assert. 14. Harpr. d. l. n. 31. & seqq. Hænon. ad J. disp. 17. controuv. 20.

(n) Actio hæc directa vel utilis. Directa datur solis dominis rei corporalis communis. l. 4. ff. commun. divid. Sive aliquis saltem sive omnes ad divisionem proclamant l. 8. l. 29. ff. b. t. Utilis datur utilibus dominis: e.g. qui fundum vectigalem possident, l. 7. ff. b. t. qui Publicianam habent d. l. 7. §. 2. aut aliâ fortè, justâ tamen de causâ, pro suo usurpant. d. l. 7. §. 8. inter prædones, vel similes personas locum non habet, d. l. 7. §. 4. Utilis actio & iis datur qui jus incorporale possident. d. l. 7. §. 6. & 7. l. 10. §. 1. l. 19. §. ult. ff. b. t. Wesenb. ib. n. 3. & seqq. Heredibus quoq; datur. l. 4. §. 3. ff. b. t. quibus autem datur, contra eosdem quoq; competit: cum omnium pars sit conditio. l. 2. ff. b. t. Necessaria autem fuit hæc actio, eò quod actio pro socio in rebus duntaxat ex contractu communibus, l. 31. l. 32. ff. pro socio, & quidem magis ratione personalium præstationum nominumq; versatur. l. 1. ff. commun. divid. l. 43. ff. pro socio. Hæc verò res etiam quasi ex contractu communes, §. 3. J. de obl. quæ quasi ex contract. Ac eas ipsas quidem potissimum dividendas concernit, d. l. 1. ff. commun. divid. Treutl. vol. 1. disp. 19. tb. 15. Veniunt tamen in hanc actionem & præstationes: ut si quis impensas fecit communi nomine, eas consequatur, l. 4. §. 3. l. 29. ff. b. t. modo partem suam rectè administrare separatim non potuit, l. 6. §. 2. ff. b. t. Sed & si quis fructus ex re communi solus perceperit, hi in hanc actionem venient, d. l. 4. item, si quid ab aliquo sociorum agi debuit, quod actum non est, aut dolo culpave eius damnum in re
commu-

communi datum sit, ejus ratio habebitur. *l. 3. l. 8. §. 2. l. 20. ff. b. t. We-
senb. ib. n. 4.*

(o) Actio hæc proprio nomine prædita non est, sed ideo ap-
pellata, quod scilicet sit de re, quæ æstimata, vendenda data est, *l. 1. ff.
de æstimat.* Datur igitur adversus eum, cui res æstimata vendenda
datur. Æstimatio autem periculum facit eius, qui suscepit. Aut igitur
rem ipsam debebit incorruptam reddere, aut æstimationem
de quâ convenit, *l. 2. ff. de æstim. Kremb. §. 28. 7. de act. n. 101. Harpr.
n. 81.* Minimè tamen excludimus distinctionem Ulpiani in *l. 17. §. 1.
ff. de præscript. verb. Trentl. vol. 1. disp. 30. tb. 2. lit. E.*

(p) Actio hæc ei datur, qui rem suam animo permutandi de-
dit, ut aliam rem in vicem eius datæ recipiat. Ubi notandum: ut
actio hæc competat, necesse esse, rem traditam esse. *l. 1. ff. de rer. per-
mutat.* Ex solo quippe permutationis placito nemini actionem
competere constat, *l. 3. C. eod. Kremb. §. 28. 7. de act. n. 108.* Triplici-
tèr autem instituitur: vel ad implendum id, quod interest eius,
qui ex suâ parte implevit, & aliâ quoq; vicissim parte impletum
fuisse, *l. 3. l. 4. C. de rer. permutat.* vel ad repetendum id quod datum
est, alio vicissim non implente. *l. 7. ff. de præscript. verb.* vel tandem
alternativè, ut adversarius vel vicissim faciat quod debet, aut red-
dat quod accepit. *l. 5. ubi Dd. C. de rer. permut. Kremb. d. l. n. 109.* Quid
autem dicendum, si ex unâ parte res, ex altera res & pretium si-
mul detur & interveniat: erit ne permutatio, an venditio? Re-
spondemus distinguendo: aut constat, quid principaliter contra-
hentes agere voluerint: & secundum horum mentem, vel vendi-
tio erit, vel permutatio. *arg. l. 3. 4. ff. de contrab. empt. ibiq; Dd. com. m.*
Aut non constat, ad quod contractus genus contrahentes re-
spexerint, tunc magis est, ut in dubio contractus innomina-
tus judicetur. *l. 1. l. 2. l. 3. ff. de præscr. verb. l. 1. ff. de æstimat. Harpr.
§. 2. 7. de empt. & vendit.* Quid autem juris, si seiphos tibi dedi ut
mihi Stichum dares? Non est venditio. *l. 5 §. 1. ff. de præscrip. verb.*
Færst. disp. 6. tb. 1. lit. E. Borcholt De pactis c. ult. n. 14.

(q) Vid supra *tb. 5. lit. B.*

(r) Actio hæc datur uxori ejusq; patri, matrimonio per di-
vortium vel mortem soluto: adversus maritum ejusq; heredes:
ad recuperandas res dotales. *§. 29. 7. de act.* & hoc gaudet privile-
gio, ut mulier omnibus creditoribus, etiam anteriorem hypothe-

eam, non tantum tacitam, sed etiam expressam habentibus, præferatur. *d. §. 29. l. 12. C. qui potior. in piqn. l. 30. C. de jur. dot. Fachin. lib. 3. contr. c. 99. Treutl. vol. 2. disp. 24. th. 7. lit. B. ibiq. Bachov. Bocer. clas. 2. disp. 12. th. 97 Beuther. tr. de jure prælat. p. 1. c. 35. & p. 2. cap. 37. Harpr. §. 29. f. de act. n. 7. & seqq. Rittershus in exposit. Novell. p. 5. c. 3. n. 4. Obrecht. disp. 15. th. 140. Arum. exerc. 15. parerg. 1.*

THESIS. XXII.

Stricti juris actiones sunt: Condictio certi ex mutuo, (a) Condictio causâ datâ causâ non secutâ, (b) Condictio ob turpem vel inhonestam causam (c) Condictio sine causâ (d) Condictio & actio ex stipulatu (e) Condictio indebiti (f) Condictio furtiva (g) Condictio ex Lege (h) actio doli (i) &c.

(a) Actio hæc, quæ una & generalis est, *l. 9. §. 1, 2, 3, & 4. l. 24. ff. de reb. credit. pr. t. f. de V. O. Donell ad l. 9. ff. de reb. cred. Treutl. vol. 1. disp. 20. th. 10. Gædd: de contrab. stipul. c. 11. conclus. 2. Harpr. pr. t. f. quib. mod. re contrab. oblig. n. 130. & seqq. Duar. ad. t. C. si cert. petat. c. 6. Gilck. ad rubr. C. eod. n. 7. Forst. de act. disp. 5. th. 2. lit. E. datur creditori ejusq; heredibus, l. 13. l. 19. & seqq. ff. de reb. cred. adversus debitorem ejusq; heredem, arg. §. 1. f. de perpet. & tempor. act. excepto filio familias l. 1. & t. t. ff. & C. ad. SCtum Maced. Num quid verò filius SCto Macedoniano renunciare poterit? Neg. SCtum enim hoc non tantum concernit favorem ipsius renunciantis, sed & maximè parentis & publicam utilitatem respicit: *d. l. 1. in pr. imò in odium & pœnam creditorum latum, l. 9. §. 4. ff. b. t. proinde privatorum pactis illi renunciari nequit, Fachin. l. 2. contr. c. 62. Gomes. tom. 2. variar. resol. c. 6. n. 2. Treutl. vol. 1. disp. 20. th. 7. lit. D. quod procedit licet juramento interposito renunciaverit, l. 5. C. de ll. cap. 2. de pactis in 6. c. 58. de R. f. eod. Harpr. §. 7. f. quodcum eo qui in alien. potest. n. 16. & seqq. Datur ad hoc ut mutuarius conventus, rem creditam in eodem genere, eademq; bonitate & qualitate, quamvis id nominatim non convenerit, mutuanti restituere cogatur. pr. t. f. quib. mod. re contr. oblig. l. 2. in pr. & §. 1. 3. ff. de reb. credit. ergo aliud pro alio dari non potest, *d. l. 2. in pr. d. l. 3. & per consequens nec particularis solutio invito creditori l. 41. §. 1. ff. de usur. l. 13. §. 8. ff. de act. empt. l. 31. in fin. ff. de reb. cred. l. 9. C. de solut.***

solut. Fachin. lib. 10. controu. c. 89. Gomes. tom. 2. variar. resolut. c. 10. n. 5. Treutl. vol. 2. disp. 29. th. 2. lit. B. ibiq; pulchrè Bachov. Hottoman. quest. illustr. 22. Zanger. tr. de except. part. 3. c. 2. Gædd. ad l. 32. n. 9. ff. de V. S. Hatkelman. disp. 9. th. 9. Rimer. dec. 11. q. 8. Arum. exerc. 16. th. 2. neq; pretium speciei debitæ, potest obtrudi. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. Wesenb. ib. n. 12. Fachin. lib. 2. contr. c. 69. nisi aut aliud singulari jure aut favore receptum sit. l. 71. §. 3. ff. de legat. 1. aut res debita amplius solvi nequeat. Treutl. d. l. lit. C. Coras. lib. 2. miscel. jur. Civ. c. 3. n. 8. Sed quid si pecunia numerata solvenda sit, numquid in alia moneta quam qualem accepit, debitor solvere poterit? Aff. l. 1. ff. de contrab. empt. l. 99. ff. de solut. Fachin. lib. 2. contr. c. 50. Molin. in tr. de usur. q. 100. n. 753. Donell. ad l. 3. ff. de reb. cred. Hackelman. disp. 9. th. 4. lit. A. De eo tandem controversitur, an valore nummorum, sive in bonitate intrinseca sive extrinseca, mutato, in restitutione, vel contractus, vel solutionis tempus inspiciendum sit? Contractus tempus inspiciendum esse putamus. l. 3. in fin. ff. de reb. cred. l. 69. ff. de contrab. empt. Wesenb. ff. de reb. cred. n. 12. Mysing. cent. 4. obs. 1. Hac Kelman. d. l. lit. E. Treutler. vol. 1. disp. 20. th. 12. lit. A. Harpr. pr. t. 7. quib. mod. re contrab. obl. n. 210. Arum. exerc. 12. th. 11. Hænon. ad 7. disp. 13. contr. 5. Illud notandum, casum fortuitum, quo res mutuo accepta periit, minime liberare debitorem. l. 11. C. sic cert. petat. Treutl. d. l. th. 4. lit. A.

(b) Actio hæc datur ei, qui certam ob causam aliquid dedit, ut causâ non secutâ illud ipsum quod dedit repetat. l. 1. §. 1. ff. de condict. caus. dat. Locum autem habet, cum vel ob culpam debitoris res secuta non est, l. 5. ff. b. t. Unde si ob casum fortuitum causam implere impediatur, l. 3. §. 3. ff. b. t. l. penult. C. eod. l. 5. §. 1. ff. de præscr. verb. Treutl. vol. 1. disp. 22. th. 2. lit. A. Hillig ad Donell. lib. 14. comment. c. 21. lit. D. Vel cum re integrâ creditor ob pœnitentiam nolit rem sequi. l. 5. §. 1. ff. b. t. nec interest, sive ab initio, sive ex post facto res fuerit redintegrata. d. l. 5. §. 2. Utroq; hoc casu debitoris est periculum, d. l. 5. §. fin. l. ult. ff. b. t. nisi aliud forte actum inveniat. Treutl. d. l. lit. D.

(c) Actione hac repetimus datum vel ex causâ præteritâ, jure tamen non probatâ, l. 7. ff. de condict. ob turp. caus. vel ob causam futuram, & bonis moribus contrariam. In ea non dantis, l. 4. §. 3. ff. b. t. nec utriusq; l. 3. ff. b. t. sed solius accipientis turpitudinis inspici-

Citur

citur, l.1. §. 2. ff. h. t. Wesenbec ff. ibid. Treutl. vol. 1. disp. 22. tb. 3. Sed quid juris, si aliquis dedit pecuniam, ut iudex in bonâ causâ secundum eum pronuciet? utriusq; turpitude versatur. Videtur enim iudicem corrumpere, atq; adeo condictio locum non habet, l. 2. §. fin. ff. h. t. Færst. de act. disp. 5. tb. 4. lit. D.

(d) Actio hæc datur adversus eum apud quem res aliqua finè causa est: Neque interest si vè ab initio nulla, & tum potissimum competit, l. ult. ff. de condict. finè caus. si vè finita, l. 1. §. 2. ff. h. t. si vè secuta non sit, l. 4. ff. eod. Treutl. vol. 1. disp. 22. tb. 11. lit. A. quæ et si cum cæteris concurrat, Wesenb. ff. h. t. interdum tamen in certis casibus peculiarem sibi vindicat locum l. 2. l. 3. ff. h. t. Færst. de act. disp. 5. tb. 4. lit. E.

(e) Condictio certi datur, cum certum quid in stipulationem est deductum, l. 24. ff. de reb. cred. actio ex stipulatu verò cum incerta est stipulatio, si vè quando incertum quid promissum est, pr. t. l. de V. O. Certum autem, si vè certa stipulatio est, cum ex ipsa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantumq; sit in stipulatione l. 74. §. 1. l. 75. §. 5. ff. de V. O. Incerta stipulatio dicitur, non quæ suo genere incerta est, sed cum non apparet, quid, quale, quantumq; sit in stipulatione. d. l. 75. in pr. l. 76. §. 3. ff. eod. Bocer. clas. 2. disp. 15. tb. 106. & seqq. Borch. in comm. de V. O. c. 2. n. 217. & seqq. De eo controversatur: si quis servitute prædii, vel hæreditatem stipuletur: certumne an incertum in stipulationem deducat. Incerti hanc esse stipulationem putamus. Servitus etenim est jus aliquod, l. 1. §. 1. ff. de divis. rerum. tit. 7. de rebus corpor. & incorpor. Ius autem quale, quantumq; sit, verè cognosci nequit: cum tamen illud certum dicatur, quod apparet, quid, quale, quantumq; sit. d. l. 74. §. 1. d. l. 75. Hereditate item vendita, certa rerum hereditariarum quantitas vendita minimè censetur: nisi de substantiâ & quantitate hereditatis venditor affirmaverit. l. 14. §. 1. l. 15. ff. de heredit. vel act. vend. & non esse rem certam ipsam hereditatem, clarescit ex l. 8. & seqq. ff. eod. Borcholt. d. l. n. 199. & seqq. Bocer. d. l. tb. 113. Harpr. pr. t. l. de V. O. n. 87 & seqq. Actio hæc hinc indè in heredes transitoria est, t. t. ff. de V. O. Treutl. d. l.

(f) Actio hæc ex quasi contractu descendens §. penult. l. de obl. quæq. ex contr. l. 5. §. 3. ff. de obl. & act. Bachov. & Hunn. ad Treutl. vol. 1. disp. 22. tb. 4. Datur ei qui rem indebitam (indebitum & illud est

est quod sub conditione aut incerto die debetur, *l. 16. ff. de condict. indeb.* in diem vero vel conditionem certam debitum, adeo debitum est, ut nec sors ipsa soluta, nec medii temporis interusurium, accessiones, fructus & commoda repeti possint, *l. 10. l. 18. ff. eod. Treutl. d. l. th. 5. lit. D. Harpr. §. 1. 7. quib. mod. re contr. obl. n. 28. & seqq.* per errorem facti, juris quippe errorem excludimus, solvit, *l. 1. §. 1 ff. h. t. l. 6. l. 7. C. eod. l. 2. l. 4. l. 6. l. 7. l. 9. ff. de jur. & fact. ignor. l. 10. C. eod. Treutl. d. l. th. 6. lit. A. Harpr. d. l. n. 53. & seqq. Boccr. cl. 2. disp. 8. th. 18. Bronch. cent. 2. évavtio Cavōv. assert. 36. Dn. Frantz. exer. 11. q. 8 Dn. Ungeb. exerc. 12. q. 8. Arum. exerc. 15. th. 15. Andr. Gerb. dec. 16. q. 6. quod vel omnino non debebat neq; naturā neq; jure Civili, *l. 26. §. 3. l. 65. §. 9 ff. de condict. indeb.* Vel & si debebat, exceptione tamen perpetuā defendebatur, quo minus ab ipso peti posset, *l. 40. ff. b. t. d. l. 26. §. 3. Treutl. d. l. n. 36. Boccr. d. l. th. 13.* Ex causa igitur cui naturalis obligatio subest, solutum repeti nequit, *l. 13. l. 64. ff. b. t.* Datur adversus eum ejusq; heredem, qui vel ipse, vel per alium insolutum accepit, *l. 180. ff. de R. I. condicetur autem id ipsum, quod solutum est, vel tantundem & eius æstimatio, l. 7. l. 65. §. 6. ff. b. t. Donell. lib. 14. comm. c. 18. ibiq; Hill.* porro cum conditio hæc naturalis sit, ideo etiam, quod rei solutæ accessit, ut fructus, fundi, merces habitatiōnis &c. *l. 15. l. 65. §. 5. ff. b. t. Donell. & Hill. d. l. Wesenb. ff. b. t. in fin. Treutl. d. l. th. 7. lit. E Harpr. d. l. n. 101.**

(g) Actio hæc datur ei, qui dominus erat rei cum supraheretur, *l. 1. ff. de condict. furt.* Licet illi surrepta non sit, *l. 12. ff. b. t.* Cui verò post furtum factum dominium rei acquiritur, is condicere minimè potest; cum res illi neq; subtracta, neq; tempore commissi furti dominus fuerit: non autem domino minimè competit, *l. 11. ff. b. t. Wesenb. ib. n. 5.* Datur adversus furem ejusdemq; heredem, *§. 19. I. de obl. quæ ex delic. nasc. Rimer. dec. 13. q. 7.* in heredes datur in solidum *l. 7. §. ult. ff. de condict. furt. Philipp. Matthæi ad l. 38. ff. de R. I. Wesenb. d. l. n. 7. Ant. Faber. lib. 4. conj. c. 1. Harpr. §. 19. I. de obl. quæ ex delic. nasc. n. 5. & seqq. Bronch. cent. 2. évavtio Cavōv. assert. 39. Arum. exerc. 17. th. 9. Dn. ungeb. exerc. 13. q. 8.* Competit ad hoc, ut res ipsa restituatur cum omni causa, *l. 8. ff. b. t.* aut si ea restitui nequeat, interesse & æstimatio præstetur, *d. l. 8. l. 3. ff. b. t. Treutl. vol. 1. disp. 22. th. 13. in fin.* in æstimatione autem ineundā, id tempus spectandum, quo res unquam plurimi fuit, *d. l. 8. §. 1. Wesenb. ff. ib. in fin.*

G

(h) t. t.

(b) *l. i. ff. C. de condict. ex lege*, Ut locum habeat necesse est legem civilem esse: ex jure enim Prætorio actio in factum oritur non Condictio. *l. ii. ff. de præscr. verb. &* quidem novam legem post leges 12. tab. constitutam. Nam ex legibus vetustioribus actiones Civiles & ordinariæ competunt *l. 2. §. 6. ff. de orig. jur. Wesenb ff. de condict. ex lege, n. 4. & seqq.*

(i) Actio hæc datur omnibus dolo deceptis, *l. 1. §. 1. l. 7. l. 9. §. 1. l. 18. §. 16 ff. de dolo malo*. Datur adversus eos qui dolum committunt eorumque successores quatenus ad eos pervenit, *l. 17. §. fin. l. 26. l. 27. ff. b. t.* Actio hæc cum famosa sit, *l. i. ff. de bis qui not. in fam.* ideò biennium illi præstitutum est, *l. ult. C. de dolo malo. Treutl. vol. 1. disp. 11. tb. 7.* Quæritur hic à Dd. num quid actio doli cum nulla alia concurrere possit? Sequimur Anton. Fabrum. *dec. 9. err. 4.* Affirmantes concurrere eam posse, cum actione alia famosa: Cessat enim tunc ratio *l. 1. §. 4. ff. de dolo malo*. probat hoc ipsum *l. 1. C. eod. l. 59. §. 1. ff. mandat.* in quibus concursus actionis mandati, quæ famosa, Bachov. *ad Treutl. d. l. tb. 6 lit. E.*

THESIS XXIII.

Arbitrariæ actiones, ab actionibus bonæ fidei & stricti juris separata, tertiam constituunt speciem (a.)

(a) *§. 31. I. de act. pulchrè Rimer. decad. 13. q. 10.* Arbitrariarum actionum genera sive species varias in d. §. 31. Imperator recenset, de quibus partim jam egimus. De noxalibus actionibus mirus est inter interpp. conflictus, omnes ne, an quædam duntaxat sint arbitrariæ? omnes arbitrarias esse putamus. *vid. Harpr. d. §. 31. n. 11. & seqq.*

THESIS XXIV.

Sexta actionem divisio, ab affectu desumpta, est: quod aliæ solidum, aliæ minus persequantur. Solidum persequimur actionibus plerisque jam declaratis. Minus persequimur, actione de peculio, (a) actione de dote, (b) Actione adversus parentem Patronum (c) socium (d) donatorem (e) & c.

(a) *vid. tb. 7. lit. B. §. 36. f. de act. ibiqz Dd (b) §. 37. f. de act.* Ratio est reverentia & honos matrimonij etiam dissoluti. *l. un. §. 7. C. de rei uxer. act.* Quid verò juris, si maritus, de ipsâ dote con-

vent-

ventus, eam adhuc integram possideat? tunc quoq; beneficio hoc, illum uti posse putamus. *l. 53. ff. solut. matrim. Kremb. d. §. 37. n. 9. Harpr. n. 5.* Alia quaestio est: num quid maritus etiam adversus extraneum, qui ad dotem restituendam agit, hoc privilegio se tueri queat? Distinctione utimur, aut extraneus mulieris nomine, aut proprio agit. Priori casu beneficio huic locus erit, *l. 32. ff. solut. matrim.* Hoc casu in solidum fit condemnatio, *l. un. §. 13. C. de rei uxor. act. Schneid. d. §. 37. n. 8. Coras. lit. C. n. 1. Kremb. n. 18. & seqq. Harpr. n. 11.* Quod jam dictum est de marito, ad socerum quoque uxoris, h. e. mariti patrem, cum quo nurus de dote agit produci- tur, *l. 15. ff. solut. matrim.* Non item ad socerum mariti, h. e. patrem uxoris, à genere suo ex promissione dotis conventum, *l. 21. l. 22. ff. de re judic. Harpr. d. l. n. 13. Haenon. ad J. disp. 21. th. 4. lit. B.* Expensæ quoq; privilegio huic locum faciunt, *d. §. 37.*

(c) *§. 38. l. 16. l. 17. ff. de re judic.* Ratio cur parens & patronus hoc gaudeant privilegio, est reverentia eis à liberis libertisq; exhibenda, *l. 6. ff. de in jus voc. l. 9. ff. de obseq. parent. & patron. prest. idem privilegium ad fratrem à fratre conventum extendimus, d. l. 16. & 17. ff. de re judic. Zanger. in tr. de except. p. 2. c. 15. n. 9. Kremb. d. §. 38. n. 10. Harpr. n. 10. item militem l. 18. ff. de re judic.*

(d) *d. §. 38. l. 16. ff. de re judic. vid. supr. th. 21. lit. b.*

(e) *d. §. 38. Ratio privilegij in donatore constituti, hæc est:* quia incivile esset, illiberaliter & avarè agere cum eo, qui verè libera- lis fuit: & ne donator munificentia sua ad inopiam redigatur, *l. 50. ff. de re judic. l. 28. ff. de R. J. Harpr. d. §. 38. n. 5.* Ut tamen privilegio huic locus relinquatur, donationem & simplicem & absolutam esse, necesse est, quæ ex merà liberalitate proficiscatur, *l. 29. in pr. l. 1. ff. de donat. l. 82. ff. de R. J.* non verò si quid ob causam remunerationis vel aliam forte, quæ solius donatoris favorem non respiciat, do- natum fuerit *arg. l. 19. §. 1. & §. 5. ff. de donat. Kremb. d. §. 38. n. 23. Philipp. Matthæi. ad l. 28. ff. de R. J. n. 4. & seqq.*

THESIS XXV.

Materia actionum ex quâ, sunt facta & obligationes:
Materia circa quam, personæ & res, *§. 1. J. de act.*

THESIS XXVI.

Forma actionum, olim in impetratione & compo-

G 2

sitio-

sitione, cæterisq; verborum formulis consistebat: hodie
sufficit, congruentem & aptam negotio proponere actio-
nem, etiam nullo certo expresso nomine. *cap. 6. X. de judic.*
Wesemb. ff. de act. n. 12.


THESIS XXVII.

Finis est, ut quilibet jus suum legitimè consequatur. Effectus multiplex. (a)

(a) Ad actionem enim in iudicio propositam pars adversa respondere cogitur. *Auth. offeratur. C. de litis contest.* Iudex secundum eam, si probari potest, pronunciare necesse habet, alioquin litem acturus suam. *arg. pr. t. 1. de obl. qua quasi ex delict. nasc. l. 4. C. de sentent. & interlocat. l. fin. C. de fidei commiss liber.* Actio item proposita præscriptionem cessare facit, *l. fin C. de præscript 30. annor.* Tandem, nemo persequendo suam causam deteriore facit, sed meliorem. *l. 88. ff. de R. I. ibiq; Dd. Wesemb. d. l.*

Hæc itaq; de actionibus fugitivo calamo tradidisse sufficiat. Plura de actione ex contractibus innominatis, interdictis & alijs apponere potuissemus; verùm cum aliud sit tractatus, aliud disputatio hujus merito ratio habenda fuit. Intertim hæc ut & alia propediem subsequutura candido benevoli lectoris candori committimus.

S D G.



Ad Politissimum DN. RESPONDENTEM.

EX cathedrâ laurus; laurusq; invitat honores,
Et decus, & merita nomina clara rogæ
Prima tenes, contende viam, contende MATHESI:
Quicquid restiterit, crede, sequentis erit.

Augustus Buchnerus

Non tibi, Mathesj, mentem natura negavit,
Nec tibi quod negat hæc ipse deesse sinis.
Ingenium raris posthac cum dotibus ornes,
Nec spreto cesses discere jura foro.
Hinc est spes Patriæ, Magno spes magna Parenti,
In te spes Regno, cum benè te ipse regas,

Samuel Ritter. L.

Wittenberg, Diss., 1650-51(1)


Vd 17


ULB Halle 3
002 673 339



56.







1650 42
14 18

38

I. N. J.
DISPUTATIO JURIDICA
De
ACTIONIBUS
Quam
Permissu & consensu Magnifici & Nobilis-
simi Ictorum Ordinis
sub Præsidio
DN. SAMUELIS Ritter /
Hall. Sax. J. U. L. Curia Electoralis designati
Advocati Ordinarij,
Defendere conabitur,
JOHANNES MATHESJ,
Thorunensis,
Ad diem Martij
loco consveto.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typog.
ANNO MDC L.

